quadringenteſimotriceſimoſecundo / die ſabbati
ſexta mēſis ſeptembris fuit in eccleſia maiori Ba
ſilieñ. in qua ſeſſiones celebrari ſolent. Sexta hu/
ius ſacri ſynodi Baſilieñ. ſeſſio eſt celebrata hoc
mō / primo videlicet miſſa ſolēnis de beata virgine
maria per dominū epiſcopum conſtantieñ. preſi/
dentē celebrata et demū ſuffragijs antiphona ex
audi ac letanijs cū euāgelio ſm Lucā dixit ieſus diſcipulis ſuis. Qui
vos odit me odit / et qui vos ſpernit me ſpernit ac hymno Ueni cre
ator ſpiritus cum verſiculo et collecta decātatis / aſſiſtentibus domi
nis legato placentino et firmano cardinalibus cū trigintaduobus p̄/
latis in eorū mitris planis et pluuialib⁹ exiſtentib⁹ dn̄o duce wilhel/
mo bauarie protectore hui⁹ ſacri aſſiſtente ꝯcilij venerabiles viri ma/
giſtri Nicolaus amici / et Hugo bernhardi promotores hui⁹ ſacri cō
cilij ꝑ organū dicti magiſtri Hugonis ſuā petitionem fecerūt in ſcri/
ptis vt ſequit / reuerendiſſimi patres et vos alij dn̄i mei preſtātiſſimi
ſacroſctm̄ generale cōciliū i ſpūſctō legitime cōgregatū celebrātes / ac
vniuerſalē eccleſiā rep̄ſentātes cū ex decreto tertie ſeſſionis huius ſacri
cōcilij ſanctiſſim⁹ dn̄s noſter papa Eugeni⁹ cū omī reuerētia. ⁊ inſtā/
tia fuerit ꝑ viſcera miſericordie ieſu xp̄i exhortatus requiſitus ac mo/
nitus / quaten⁹ p̄tenſā diſſolutionē hui⁹ ſacri cōcilij de facto reuocaret
ſicut de facto ꝓceſſerat q̄ notorie ſcādalizat vniuerſalē eccl'iam ⁊ ppl'm
xp̄ianū ⁊ ipam reuocationē queadmodū ⁊ diſſolutionē fecerat ꝑ diuer
ſas mūdi ꝑtes trāſmitteret ⁊ publicaret ab omniq; impedimēto dicti
cōcilij penit⁹ deſiſteret / quinimo eidē vt debebat faueret et aſſiſteret:
oīaq; p̄beret ſubſidia et auxilia oportuna / necnō infra triū menſium
ſpaciū ꝑ̄ptorie p̄fixum et aſſignatū ſi corꝑalis ipius diſpoſitio patere/
tur ꝑſonaliter veniret Sin autem ꝑſonam vel perſonas loco et vice ſui
deſtinaret et trāſmitteret cū plenaria poteſtate ad oīa ⁊ ſingula in hoc

ſacro cōcilio peragenda vſq3 ad totalē concluſionē ipſius per oēs ⁊ ſin/
gulos actus gradatim ⁊ ſucceſſiue. Et dictus dn̄s Eugenius papa q̄r
tus ea ſup̄ quibus monitus fuit facere nō curauit. Sed in ſua ꝑtenſa
diſſolutione ꝑſeuerauerit ⁊ etiā ꝑſeueret/ ac omnē ꝑturbationē ⁊ euer
ſionē huius ſacri cōcilij multipliciter moliaꝛ. Nec infra terminū ꝓfixū
venerit aut miſerit. Jdcirco nos ꝓmotores huius ſacri cōcilij ꝓducen
tes memoratū decretū monitionis ⁊ citatiōis ac executionē legittime
⁊ debite factam petimus ſupplicamus inſtantiſſime/ ⁊ reqrimus di/
ctum dn̄m Eugeniū papam quartū per hanc ſanctā ſynodū decerni ⁊
declarari cōtumacem in p̄dictis atq3 ad vlteriora debite ꝓcedi prout
neceſſitates eccleſie dei exigunt ⁊ requirūt. Ac ꝓut ē de diuini iuris pa
riter ⁊ humani deinde ꝓductis per eos monicione ⁊ citatione cōtra do
minū noſtrū papam Eugeniū modernū/ et dn̄os cardinales cū duo/
bus inſtrumētis executionis eiuſdē etiam petitu et inſtanter requiſito
per ſacroſanctū conciliū p̄fatum dn̄m noſtrū papam cōtumacē reputa
ri/ ⁊ ad vlteriora ꝓcedi/ dictus dn̄s Ep̄us conſtantien̄. p̄ſidens de mā
dato cōcilij iniunxit dn̄is petragoricen̄. et ratiſponen̄. ep̄is vt interro/
garent. Si dn̄s noſter papa vel aliquis pro eo poteſtatē vel mandatū
ſufficiēs habēs eſſet in dicta ſeſſione ſe rep̄ſentaret. Qui quidē ambo
epiſcopi videlicet Petragoricen̄. ⁊ ratiſponen̄. primo ſup̄ gradus an/
te altare dicte ſeſſionis ter eundē dn̄m noſtrū papam vocauerūt alta ⁊
intelligibili voce ſub his verbis. Eſt ne hic aliqs pro dn̄o Eugenio pa/
pa quarto cū legittima poteſtate cuius cōtumacia nūc accuſata eſt cō/
pareat in hac ſeſſione publica. Similiter hoc idē fecerunt ter ante ma
ius portale dicte eccleſie. Et deinde facta relatione per eoſdē dn̄os Epi/
ſcopos dn̄o ep̄o p̄ſidenti q͛ neminē pro p̄fato dn̄o noſtro papa reperie
runt acceſſerūt ad dictam ſeſſionē nuncij et oratores ipſius dn̄i noſtri
pape videlz dn̄i tarentinus et Colloceń. archiep̄i Ep̄us magalonen̄. ⁊
dn̄s Antonius de ſancto vito ſacri pallacij cauſarū auditor. Et ipſis
ſedentibus in eadem iuxta dn̄m ducem protectorem/ dictus vero ma
giſter Hugo alter ꝓmotorꝝ alio ſibi aſſiſtente trina vice cum inſtantia
petijt ab eiſdē dn̄is nuncijs/ et oratoribus an haberēt aliqđ manda/
tum vel poteſtatē a dn̄o noſtro papa Eugenio quarto. Qui reſponde/
runt q͛ erāt ſimplices nuncij ⁊ oratores domini noſtri pape. Et tunc
ipſe ꝓmotor attento q͛ dicti oratores nullā faciebant fidem/ de māda
to nomine cōcilij ꝓteſtatus eſt de nullitate actorꝝ ⁊ agendorꝝ per eoſ/
dem. His itaq3 pactis/ dn̄s magalonen̄. ep̄us alter dictorꝝ nunciorū
narrauit ſe alias in p̄ncipio ſui aduētus litteras credētiales dn̄is hic
in Baſilea cōgregatis exhibuiſſe ⁊ p̄ſentaſſe. Et quod illa que dicere
intendebant in eorū credentia cōtinebanꝛ. Deinde dn̄s archiep̄us Ta/
rentinus ibidem quandā fecit ſupplicationē exhortatoriā ſummens ꝓ/
themate obſecro vos in dn̄o vt digne ambuletis vocatione qua voca/
ti eſtis ⁊c̄. Supplicando iterū q͛ pro bono ⁊ vtilitate eccleſie ſancte dei

⁊ ad euitandū ſcandala dñi dignarent̄ ſupſedere in negocio ꝓceſſus
cōtra dn̄m noſtrū papam ⁊ cardinales. Qua requiſitiōe facta et habi
ta inter dños aliquali deliberatiōe dñs p̄ſidens eiſdem dñis oratori/
bus reſpondit quod ſup ꝓpoſitis per ꝓmotorē concilij / et per eoſdem
dños petitis dñi de concilio deliberarēt ⁊ tantū facerēt qđ totus mun
dus merito de concilio p̄dicto deberet cōtentari. Et tunc dñs collocen̄
archiepūs de huiuſmodi gracioſa reſponſione regraciatus eſt / et his
ſic peractis dñi oratores ⁊ nuncij p̄dicti a loco publice ſeſſionis reces/
ſerunt ⁊ ſe abſentarūt. Demū ꝓmotores cōcilij p̄dicti per organū ma/
giſtri Hugonis ꝓut ſupra accuſauerūt cōtumaciā dñoꝝ cardinaliū vt
in cedula quā in ſuis tenebat manibus continet̄ videlicet. Item cōſimi
li modo accuſamus ꝯtumaciā. Reuerēdiſſimoꝝ dñoꝝ cardinaliū qui
vigore dicti decreti moniti / ⁊ citati fuerūt procedi petentes ad vlterio/
ra vt ſupra Jordani epiſcopi Sabinen̄. de vrſinis vulgariter nomina/
ti Hugonis epi peneſtrini de cipro noiati Petri tituli ſancti Lauren/
tij in celio monte p̄ſbyteri cardinalis. De fuxo Johānis tituli ſcti lau
rentij in lucina p̄ſbyteri cardinalis Rotgomagen̄ Ludouici tituli ſan
cte cecilie p̄ſbyteri cardinalis Arelaten̄. Henrici ſancti Euſebij p̄ſby/
teri cardinalis de anglia Antonij tituli ſci Marcelli p̄ſbyteri cardina
lis. Dñici tituli ſctōꝝ Johānis ⁊ Pauli p̄ſbyteri ylarden̄. Johānis
tituli ſcti Petri ad vincula p̄ſbyteri cardinalis Johānis tituli ſancti
Sixti p̄ſbyteri cardinalis Frāciſci tituli ſancti Clemētis p̄ſbyteri car
dinalis venetiarū alfonſi ſācti Euſtachij dyaconi cardinalis. Lucidi
ſctē marie in coſmedini dyaconi cardinalis. De comite ardecemi ſan/
ctorū Coſme ⁊ Damiani dyaconi cardinalis Nouarien̄ ꝓſperij ſancti
Georgij ad velū aureū dyaconi cardinalis de colūna. Et tūc dicti dñi
petragoricen̄. ⁊ ratiſponen̄. epi demādato ſacri cōcilij vt ſupra an̄ alta
re ter / ⁊ ante valuas eccl'ie etiā ter eoſdē dños cardinales / aut aliquos
ꝓ ipſis vocauerūt. Et facta eoꝝ relatione de p̄miſſis ꝙ neminē inuene/
rūt dñs auditor dñi legati ſurrexit in mediū ⁊ dixit qđ paratū ſe offere
bat exhibere mandatū ſufficiēs corā dñis a cōcilio deputādis ꝓ q̄nqꝫ
dñis cardinalibꝫ vocatis videlꝫ dñis de cipro arelaten̄. ſancti Sixti ro
thomagen̄. ⁊ de montiforti / ſimiliter allegare cauſas rationabiles / ꝓ
pter quas dñs ilarden̄. qui iā habitus eſt in cōgregatione generali ex
cuſatus / necnō ſcti Petri ad vincula ſci Euſtachij de fuxo / ⁊ de anglia
cardinales merito ꝓ excuſatis habebunt̄. Preterea magr̄i Symō de
valle / ⁊ Johannes de raguſio ordinis p̄dicatoꝝ ꝓ ⁊ noīe dñi cardina
bonomen̄. dixerūt ſe habere mādatū ſufficiēs ⁊ obtulerūt ſe corā eiſdē
dñis deputatis ꝓducere velle ſimiliter. Laurētius de rotella obtulit ſe
rationabilibꝫ de cauſis excuſaturū dn̄m cardinalē de colūna. Et tādeꝫ
his pactis conciliū ꝑ organū dñi p̄ſidētis deputauit dños Friſingen̄.
⁊ bellicen̄. epōs qui viderēt / et examinarēt ꝓducta ꝑ ꝓmotores ⁊ peti
ta necnō mandata dñoꝝ cardinaliū / ac hmōi excuſationes audirēt / et

omnia concilio referrent. De quibꝫ oĩbus ⁊ ſingulis p̃miſſis p̃fati promotores noĩe conciliȷ̃ petierũt/ et quilibet eoꝝ petiȷ̃t/ ad ꝑpetuam rei memoriã ſibi fieri a nobis notariȷ̃s vnũ vel plura inſtrumẽtũ ⁊ inſtrumenta. Datũ in ſeſſione publica eiuſdẽ ſancte vt ſupra.

¶Seſſio ſeptima celebrata in eccleſia maiori Baſilien. viȷ̃. idus menſis nouembris.

Sacroſctã generalis Synodus Baſilieñ. in ſpiritu ſancto legittime ꝯgregata vniuerſalẽ eccleſiã rep̃ſentans ad ꝑpetuã rei memoriã. Dudũ hec ſancta ſynodus ſuꝑ electione romane pontificis in caſu vacatiõis ſedis apoſtolice hoc ſacro durãte cõcilio quoddã edidit decretũ huiuſmodi ſub tenore/ ad prouidẽtie ſpectat officium perſpicaci cõſideratõe futura ꝓſpicere/ vt habetur in quarta ſeſſione/ et ideo nõ fuit neceſſe hic inſerere.

¶Prorogatio tẽporis cardinaliũ veniendi ad conciliũ tẽpore vacationis papatus.

CUm autẽ ex eodem decreto apud aliquos exorta ſit dubitationis occaſio ne tẽpus decem dierũ ad intrandũ Conclaue p̃finitũ ſancte romane eccleſie cardinalibus per ꝯſtitutionẽ editam in generali concilio lugduneñ. ſaltem a tẽpore note vacationis in loco huius cõciliȷ̃ curreret/ ⁊ artaret quod nimis rigidũ videret̃/ et terminus nimis breuis ꝓpter multos ex eiſdẽ cardinalibꝫ qui a loco ip̃ius ꝯciliȷ̃ eſſe poſſent in remotis locis abſentes. Hec ſancta ſynodus. Cupiens omnem dubitatiõis materiã amputare. Et ea que ad pacẽ ⁊ vnitatẽ eccleſie dei ſancte accomoda ſunt vigilãti ſtudio ꝓuidere/ et tam in his q̃ꝫ in omnibus que fidei catholice exaltationẽ generalẽq꜠ reformationẽ et pacẽ populi chriſtiani cõcernere dinoſcunt̃ pro quibus eſt in ſpiritu ſancto legittime congregata cum omni modeſtia debitaq꜠ maturitate procedere p̃ſentis decreti tenore decernit quod in caſu vacationis ſedis apoſtolice p̃ſente durante concilio ante ſexaginta dies a die vacationis cõtinue cõputandos ad electionẽ romane pontificis minime ꝓcedatur Statuit quoq꜠ hec ſancta ſynodus quod de beneficiȷ̃s cardinaliũ qui ꝯtra pre inſertũ decretũ aliquid p̃ſumpſerint attemptare ſtatim poſſit per eos ad quos de iure cõmuni ſpectat libere diſponi per viam collationis p̃ſentatiõis electiõis ſeu cuiuſlibet alterius ꝓuiſionis. Etiã ſi eſſent eccleſie metropolitane cathedrales aut alia quecunq꜠ beneficia quocunq꜠ nomine cenſeant̃ que in titulũ vel cõmendam a p̃dictis cardinalibus tenent̃ reſeruationibꝫ ap̃licis ſpecialibus aut generalibꝫ/ et aliȷ̃s in ꝯtrariũ facientes minime obſiſtẽtibus. Datũ in ſeſſione publica eiuſdẽ ſcẽ ſynodi in eccl'ia maiori Baſilieñ. ſolẽniter celebrata. viȷ̃. idus nouembris. Anno a natiuitate dñi. M.cccc.xxxȷ̃.

¶Seſſio octaua concilij Baſilienſis.

# Sacroſancta generalis ſynodus

Sacroſancta generalis ſynodus Baſilieñ. in ſpiritu ſancto legittime cõgregata vniuerſalem eccleſiã repreſentãs. Cum iam dudũ de menſe aprilis in huius ſacri concilij ſeſſione ſolẽni editum ac publicatum fuerit decretuꝫ huiuſmo diſeriei Sacroſancta ⁊c̃ olym ⁊c̃. Quod quidẽ vocationis decretuꝫ debite extitit executum ⁊ in termino ꝯſtituto ſolenni ſeſſione celebrata ſexta die menſis ſeptembris per ꝓmotores huius ſacri concilij fuerit ipſius domini pape ⁊ cardinaliũ abſentiũ cõtumacia debite accuſata ambaſiatoribus ipſius ſummi pontificis tunc in hac ciuitate perſonaliter cõſtitutis. Qui quidẽ ambaſiatores ad locum ipſius ſeſſionis venientes magnis precibus a dicto ſacro concilio petierunt in procedendo contra dictum dñm Eugeniũ papam et cardinales ſuperſederi. Et licet ſecundũ iuris ordinem attenta magna dicti dñi Eugenij ⁊ dictorum cardinalium cõtumacia / et multis ſupplicationibus ⁊ inſtancijs in dicto decreto memoratis ꝓcedendũ fuiſſet ad declarandũ ipſos eſſe cõtumaces / et alia iuris remedia oportuna volens tamen agere cum omni manſuetudine ⁊ lenitate. Et ſi forte reſipiſceret. Maxime attendens. Qꝫ chariſſimus eccleſie filius romanoꝝ rex illuſtris ⁊ fidelis eccleſie aduocatus iugiter apud eundem dñm Eugeniũ et cardinales inſtabat ambaſiatis litteris ⁊ tractatibus vſqꝫ in preſens ſuper ſedit ab vlterius procedendo. Cum autẽ a die dicte accuſationis cõtumacie ſint lapſi tres menſes et vltra / et etiam a die ſue pretenſe diſſolutionis annus effluxerit ipſeqꝫ dñs Eugenius monitiõibus ſupradictis ſancte matris eccleſie renuat obedire / ſed in ſua ꝑtenſa diſſolutiõe huius ſacri concilij perſeueret ipſum euertere ⁊ diſperdere varijs modis ſatagens. Et aliam cõgregationẽ ſub nomie generalis cõcilij indicere in graue ſcandalũ / et damnũ totius eccleſie / boniqꝫ publici ꝑturbationem / et decretoꝝ ſacri Conſtantieñ. concilij cõtemptũ ⁊ eneruationẽ ac etiã fidei catholice detrimentũ. Cum hoc ſacrũ conciliũ ad extirpationẽ hereſum per dei gratiã ſollicitudinẽ ⁊ operã ꝑbuerit et ꝑbeat / ex qua fructus optimus in ꝓxima diſpoſitione videt̃. Idcirco ad omnẽ ſuꝑabundantẽ cautelã ſuiqꝫ omnẽ manſuetudinẽ ⁊ grauitatẽ oſtendẽdum. Et ipm̃ dñm Eugeniũ papã in magis manifeſta cõtumacia ꝯſtituendũ eundẽ per viſcera miſericordie Jeſu xp̃i / et ſub obteſtatione diuini iudicij admonet exhortat̃ / et eidem ex parte omnipotẽtis dei p̃cipit atqꝫ mãdat q̃tenus infra ſexaginta dies ab hac die p̃ſentiſqꝫ decreti in valuis ecc̃l'ie Baſilieñ. affixione cõtinue ſubſequẽtes dictas ꝑtenſas diſſolutionẽ ⁊ ꝯuocationẽ ꝯgregatõis ſub noie ꝯcilij generalis publice reuocet / ⁊ huic ſacro cõcilio etiã pure ⁊ ſimpl'r adhereat realiter ⁊ cũ effectu / ⁊ deinde cetera i ꝑinſerto decreto ꝯtẽta adimpleat cũ effectu

Alioq̄n ſi infra p̄dictū terminū p̄dictas p̄teſas diſſolutionē ⁊ cōuoca-
tionē nō reuocauerit publice/ Et ipſi ſacro ꝯcilio pure et ſimpliciter vt p̄
mittit̄ nō adheſerit dicta ſācta Synodus abſq̧ vlteriori monitiōe re-
quiſitione vocatione ſeu citatiōe cōtra ipm ſup̱ p̄miſſis et oib⁹ alijs ī
cōcilio pagendis vſq̧ ad finē debitū incluſiue ꝓcedet ꝓut ſpūſſctūs di
ctauerit/ ⁊ tā de iure diuino q̄ȝ hūano fuerit ꝓcedēdū addiciēs ꝙ ſi di-
ct⁹ dn̄s Eugeni⁹ papa p̄miſſis parere cōtēpſerit/ et dicto termino ſex-
aginta diez pēdēte aliquas ꝓmotiōes fecerit ad cathedrales eccl'ias
vel eccleſiaſticas dignitates/ vel alia q̄cūq̧ bn̄ficia vel officia in fomē-
tū dicte ſue p̄tenſe diſſolutiōis et eneruationē diminutionē ſeu ipedi-
mētū hui⁹ ſacri cōcilij de q̄ ipi⁹ ſacri cōcilij arbitrio iudicabit̄/ an fa-
cte fuerint in fomētū/ Tales ꝓmotiōes hec ſācta ſinodus caſſat irritat
et annullat. Mādat p̄terea in v̄tute ſācte obediētie/ ⁊ ſub pena priua-
tionis quā ip̄o facto icurrāt oim ſuorū bn̄ficiorū ⁊ officiorū cōmēdarū
pēſionū ⁊ gratiarū quarūcūq̧ etiā expectatiuaz/ oib; ⁊ ſingulis ſācte
romane eccl'ie cardinalib; patriarchis archiep̄is ep̄is/ ⁊ alijs eccl'iarū
p̄latis officiarijs curie et clericis q̄buſcūq̧ i romana curia exiſtētibus
cuiuſcūq̧ ſtat⁹ ⁊ cōditiōis exiſtāt q̄ten⁹ in caſu p̄dicto poſt lapſū dicti
termini infra viginti dies ꝓxime ⁊ imediate ſequētes a curia romana
recedāt. Et deinde cardinales oino ſub pena p̄dicta ad hoc ſacrū cōci
liū oīni mora poſtpoſita veniāt patriarche v̄o archiepī epī ac alij eccle
ſiaſtici ꝓut de iure vel cōſuetudine ad generale cōciliū ire tenent̄ ſub pe
nis iuris iter ſuū ſine fraude cōtinuādo ad hoc ſacrū cōciliū veniāt/ re-
liqui vero q̄ ad generale cōciliū nō tenent̄ venire ad reſidēdū ⁊ deo ſer
uiendū in ꝓprijs bn̄ficijs/ vel ad hoc ſacrū generale conciliū ſine more
diſpēdio/ et oīni fraude ceſſante ſe trāſferāt et accedāt. Decernit tandē
hec ſācta Synodus hui⁹ decreti publicationē i p̄nti ſeſſiōe factā eiuſ-
q̧ affixionē i valuis maioris eccleſie Baſilien̄. habere vim monitionē
citationē ⁊ executionē/ et ita vniuerſos artare ac ſi pſonal'r app̄hēſi et
eis intimatū fuiſſet. Inſuper ꝓut in prioris monitionis edicto cōti-
net̄ hec ſācta Synodus declarat et ꝓteſtat̄ ꝙ nihilomin⁹ hmōi dila-
tione ſexaginta diez pēdēte cū id rerū neceſſitas ſuadeat ⁊ q̄litas agē
dorū in vlteriori ꝓſecutiōe cōcilij ⁊ agēdorū in eo ꝓcedere intēdit ordi
nate debite ⁊ mature/ nec ꝓpterea ſup̱ ſedere aliqualiter i ꝓceſſu. Datū
tum in ſeſſione publica eiuſdem ſancte Synodi in eccleſia maiori Ba
ſilien̄. ſolenniter celebrata. xv. kalēdas Januarij Anno a natiuitate do
mini Milleſimoquadringenteſimotriceſimoſecundo.

SAcroſancta generalis Synodus Baſilien̄. in ſpūſctō le
gitime ꝯgregata vl'em eccl'iaz rep̄ſentās/ ad ꝑpetuā rei me-
moriā. Sicut vnica ē eccl'ia ſācta catholica xp̄o ipi⁹ ſpōſo di
cēte/ Una ē colūba mea dilecta mea. Et fidei articulo hoc ꝯ
fitēte cū vnitas diuiſionē nō capiat. Sic eē nō p̄t niſi vnicū generale
ꝯciliū ipam ſctām eccl'iaz catholicā rep̄ſentans. Cū ergo in hac ciuitate

# Seſſio octaua

Baſilieñ. decretis ſacroꝝ generaliū conciliorꝝ Cōſtantieñ. ⁊ Seneñ. ⁊ duorꝝ romanorꝝ approbatione pontificū ſcilicꝫ felicis recordationis Martini quinti ⁊ Eugenij quarti generale conciliū inſtitutū ⁊ ſtabilitum ſit in ſpiritu ſācto legittime cōgregatū. Jſto durāte concilio ꝯſtat aliud generale conciliū alibi eſſe nō poſſe. Quicunqꝫ igit̄ hoc ſacro durante concilio aliam cōgregationē ſub nomine generalis cōcilij erigere aut facere p̄ſumpſerit nō catholice eccl'ie conciliū ſꝫ ſciſmaticorꝝ cōuenticulū erigere aut facere cōuincit̄. Jdcirco hec ſancta ſynodus oēs xp̄ifideles cuiuſcūqꝫ ſtatus aut dignitatis. Etiā ſi papalis imperialis vel regalis exiſtant ſub obteſtatione diuini iudicij qđ in choro datan ⁊ abiron auctoribus ſciſmatis ſcriptura ſacra cōmemorat ammonet ⁊ hortat̄. Et in virtute ſancte obedientie ⁊ penis cōtra ſciſmaticos a iure indictis diſtricte p̄cipit atqꝫ mandat ne hoc ſacro durante concilio aliā cōgregationē ſub nomine generalis cōcilij que reuera nō eſſet cōcilium facere aut cōgregare/ nec ad ip̄am tanqꝫ ad generale ꝯciliū/ etiā p̄textu cuiuſuis ꝓmiſſiōis vel iuramēti accedere vel intereſſe aut recurrere quoquomodo neqꝫ cōcilio generali habere reputare/ aut etiā nominare p̄ſumant. Etiā ſi iam indictū p̄tendat̄ ſiue in futurū indici attemptet̄. Si qua vero ꝑſona eccl'iaſtica/ etiā ſi ſancte romane eccleſie cardinalis/ aut alia quecūqꝫ cuiuſuis ſtatus gradus aut condicionis exiſtat Bononiā vel ad aliquē locū ſub nomine generalis concilij iſto durante p̄ſumat accedere vel ibi manere ſententiā excōmunicationis ⁊ priuationis omniū dignitatū beneficiorꝝ ⁊ officiorꝝ et inhabitatiōis ad ipſa incurrat ipſo facto. Et de dignitatibus officijs ⁊ beneficijs talium per eos ad quos de iure ſpectat/ etiam ſi cathedrales aut metropolitane eccleſie fuerint libere diſponatur.

Ambicioſorū accenſa cupiditas nō cōtenta de acceptis beneficiis gratias nō agere/ ⁊ humanitatis in ſe iura violare interdum adeo exardeſcit/ vt eos qui credita ſibi officia diligēter obſeruāt/ et ita cuncta agunt vt omni laude ſint digni ſubuertere moliat̄/ ⁊ a ſuis deijcere beneficijs. Cuꝫ tamē pro eorꝝ bonis actionibꝫ vt extollent̄ amplius dignū eſſet/ ideo opus eſt iuris ꝓuidere remedijs vt tuta ſit inter improbos innocētia. Et in ipſis improbis formidato ſupplicio refrenetur audacia ⁊ nocēdi facultas. Quiſquis igit̄ tante ambitionis fuerit vt eccleſiā cathedralē dignitatē officiū aut beneficiū penſionē vel cōmendā alicuius ex incorporatis ſeu incorporādis poſtqꝫ fuerint incorporati ſeu adherētibus huic ſacro cōcilio attemptauerit a romano pōtifice vel quouis alio impetrare aut etiā acceptare/ etiā ſi motu ꝓprio conferat̄ non ſolum iure quod in tali eccleſia dignitate officio ſeu beneficio habere p̄tendit. Sed etiam omnibus beneficijs ſit ipſo iure priuatus et ad obtinendū in futurū inhabilis. Si qui vero ante huiuſmodi edicionem decreti tales impetrationes aut attemptationes habuerint careant gracijs etiam ꝓprio motu conceſſis.

CEterum cū ad noticiā huius ſacre Synodi fide dignoꝝ ſit rela-
tione deductū q̄d dictus dn̄s Eugenius papa ſuꝑ alienādis nō
nullis ciuitatibus caſtris ⁊ terris eccleſie romane et aliarum eccleſiaꝝ
habuit ⁊ habet diuerſos varioſqꝫ tractatus. Quequidē alienatiōes in
fomentū dicte p̄tenſe huius ſacri concilij diſſolutionis / et ipius cōcilij
eneruationē fieri moliunꝛ ⁊ in damnū ⁊ iacturā patrimonij beati petri
aliarūqꝫ eccleſiarū cederent manifeſte. Idcirco his ⁊ alijs ex bonis et
iuſtis cauſis que adhoc cuiuſlibet recte cenſentis animū inducere de-
bent. Hec ſancta ſynodus eidē dn̄o Eugenio om̄e alienationis infeu-
dationis ⁊ impignorationis genus bonoꝝ immobiliū ac etiā mobili-
um p̄cioſorū ⁊ iurium eccleſie romane ⁊ aliarū eccleſiarū quarūcunqꝫ
necnō auctoriſationē alienationū bonoꝝ immobiliū ⁊ iuriū aliarū ec-
cleſiarū omnēqꝫ indictionē ſeu impoſitionē nouarū gabellarū ⁊ alioꝝ
onerū in alma vrbe romana ⁊ alijs terris eccleſie romane necnō impo
ſitionē cuiuſcūqꝫ grauaminis ſeu ſubſidij ſub nomine decime vel quo
cunqꝫ alio nomine cenſeanꝛ penitus interdicit / cēſqꝫ alienationes in-
feudationes ⁊ impignorationes de eiuſdē bonis immobilibus ⁊ iuri-
bus eccleſie romane ⁊ aliarū eccleſiarū / ⁊ auctoriſationē huiuſmodi ꝑ
dictū dn̄m Eugeniū factas ⁊ fiendas ac gabellas ⁊ alia onera per eū-
dem dn̄m Eugeniū impoſita ſeu impoſitas caſſat reuocat irritat ⁊ an-
nullat / adeo vt nec ius aliq̄d tribuant nec p̄ſcribēdi etiā cauſaz pareāt.

¶Seſſio nona.

SAcroſancta generalis ſyno
dus Baſilien̄. in ſpiritu ſancto legittime cōgregata vniuer
ſalē eccleſiā rep̄ſentans. Ad ꝑpetuam rei memoriā. Inter
iuſticie opera nil iuſtius nilqꝫ dignius eſſe conſtat q̄ꝫ eos
qui pro vniuerſalis eccleſie vtilitate ſollicitudinis ſtudia
vtileſqꝫ labores impendunt ipius eccleſie munire p̄ſidijs
aduerſus ea p̄ſertim incomoda que in eos ꝓ impenſis ec-
cleſie dei obſequijs moliunꝛ. Cum itaqꝫ. Chariſſimus eccl'ie filius / et
eiuſdē fideliſſimus aduocatus Sigiſmūdus romanoꝝ vngarie bohe
mie ⁊c̄. Rex ꝓ vniuerſal' eccl'ie vtilitate hui⁹ ſacri cōcilij general' ipām re
p̄ſentatis ꝓtectionē in ſe ſuſcipiens ipſiqꝫ cōſtanter adherens ſue lau-
dabilis ſollicitudinis ſtudijs virtuoſiſqꝫ laboribus tam cū dn̄o Euge
nio papa quarto vt attemptatā diſſolutionē ipius cōcilij reuocādo ipi
cōcilio adhereret / q̄ꝫ etiam cū xp̄ianitatis p̄ncipibus ⁊ p̄latis dn̄iſqꝫ ⁊
cōmunitatibus ipius ſacri cōcilij fauorē ⁊ augmentū ſtuduerit et ſtu-
deat multifarie ꝓmouere. Idcirco digne gratitudinis vicez rependēs
Hec ſancta ſynodus eundē ſub ſpecialis ꝓtectionis ſue munimine ſu
ſcipit / necnō quoſcunqꝫ ꝓceſſus etiā priuationē regnoꝝ ꝓuinciarū do-
minioꝝ honoꝝ ⁊ quarūlibet dignitatū forſan cōtinentes cōtra p̄fatuz
romanoꝝ regez factos / aut etiā ſub cenſuris et penis eccleſiaſticis aut

alijs quibuſcūqꝫ per ipm dn̄m Eugeniū papam aut aliū eius nomine
ꝓlatos vel in poſterū quouiſmodo faciendos/aut etiā ꝓferendos au
ctoritate omnipotētis dei caſſat irritat ⁊ annullat/ac ſi decetero attem
ptent̃ fieri nūc ꝓtunc caſſos ⁊ nullos eſſe decernit/ ac nullius exiſtere
roboris vel momēti. Uniuerſis autē xp̄ifidelibus ac ſub penis late ſen
tentie excōmunicationis ⁊ p̄uationis dignitatis cuiuſlibet eccl'iaſtice
vel mūdane interdicit/ne quiſpiam ipſi dn̄o Eugenio pape/aut alteri
eius nomine circa ꝓceſſus huiuſmodi factos vel fiendos/aut eoꝝ ex/
ecutioni quouiſmodo obedire vel parere p̄ſumat. Quinimo p̄fato re/
gi quilibet obediat/⁊ parere teneat̃ ſicut prius de iure tenebat̃/ac ſi di
cti ꝓceſſus nunq̄ꝫ emanaſſent vel etiaꝫ emanarent. Et inſuper pari
modo quoſlibet ꝓceſſus per p̄fatum dn̄m Eugeniū papaꝫ aut alium
eius nomine cōtra quaſlibet alias ꝑſonas cuiuſuis gradus ſtatus pre
eminentie ⁊ honoris extiterint/etiā ſi regali Reginali ducali aut alia
quauis p̄fulgeant dignitate. Et p̄ſertim cōtra dilectū eccl'ie filiū nobi/
lem virum wilhelmū ducem bauarie huius ſacri cōcilij nomine p̄fati
regis romanoꝝ ꝓtectorem/necnō ciuitates vniuerſitates quarūcūqꝫ
ciuitatū ⁊ terrarū/⁊ maxime romane eccleſie mediate vel immediate
ſubiectas vicarios quoqꝫ rectores gentiū armigeroꝝ capitaneos offi/
ciales/⁊ ſingulares ꝑſonas earūdē huic ſancte ſynodo adherētes fa/
ctos ſeu ꝓlatos vel in poſterū faciendos aut ꝓferendos/etiam contra
ſimiles ꝑſonas ciuitates ⁊ vniuerſitates que in futurum adherebunt
Poſtq̄ꝫ adheſerint/hec ſancta ſynodus caſſat irritat ⁊ annullat. Et ſi
in futurū fieri attemptent̃ nunc pro tunc caſſos ⁊ nullos eſſe decernit
ac nullius exiſtere roboris vel momēti vniuerſis quoqꝫ xp̄ifidelibus
etiam ſub ſimili pena late ſententie excōmunicationis ⁊ p̄uationis di
gnitatis cuiuſlibet eccleſiaſtice vl' mūdane iterdicit ne quiſpiā ipi dn̄o
Eugenio pape aut alteri eius noie circa ꝓceſſus hmōi factos vel fien/
do aut eorū executionē quouiſmodo obedire vel parere p̄ſumat. Cele/
brata fuit hec ſeſſio die. xxij. Januarij Anno dn̄i Milleſimoq̄drin gen
teſimotriceſſiotertio. Lecta ⁊ publicata ꝑ reuerēdū patrē ⁊ dn̄ꝫ dn̄m F.
Ep̄m cumanū celebrāte reuerēdo dn̄o p̄triarcha anthioceno.

¶ Seſſio decima.

SAcroſctā generalis Sy
nodus Baſilien̄. in ſpiritu ſancto legittime cōgre/
gata vniuerſalem eccleſiam repreſentans ad per/
petuam rei memoriam. Pridem in octaua ſeſſio/
ne huius ſacri concilij in decreto citatiōis dn̄i Eu
genij pape quarti clauſula quedā infraſcripti te/
noris adiecta fuit videlꝫ adijciēs. Qđ ſi dict⁹ dn̄s
Eugeni⁹ papa p̄miſſis parere ꝯtēpſerit/⁊ dicto tp̄e ſexaginta dieꝝ pē

dente aliquas ꝓmotiones fecerit ad cathedrales eccleſias vel eccl'iaſti
cas. dignitates vel alia quecunqȝ beneficia vel officia in fomentū dicte
ſue p̄tenſe diſſolutionis ⁊ eneruatiouē diminutionē ſeu impedimētuȝ
huius ſacri cōcilij de quo ipſius ſacri cōcilij arbitrio iudicabiꝛ an facte
fuerint in fomentū tales ꝓmotiōes hec ſancta ſynodus caſſat irritat
⁊ annullat. Hanc autē clauſulā ꝓ tuitione huius ſacri cōcilij ⁊ ꝑſona/
rum eidē adherentiū/ hec ſancta ſynodus extēdit et vires habere vult
vſqȝ quo per ipſam ſanctā Synodū ſuꝑ hoc aliter fuerit ordinatum.
Ex eadem etiā cauſa decretū illud quod incipit ambicioſoꝝ ⁊c. in ea/
dē ſeſſione ꝓmulgatū hec ſācta ſynodus extēdit ad ꝑſonas collegioꝝ
capl'orū monaſterioꝝ ⁊ cōuētuū ſeu alias quaſcūqȝ q̄ aliquē admitte/
re ſeu recipere p̄ſumpſerint ad poſſeſſionū dignitatū officioꝝ vel bene
ficioꝝ ꝑſonarū q̄ in dicto decreto exprimūꝛ. Quibuſquidē decretis ſi/
cut p̄mittitur lectis magiſter Hugo ⁊c. alter ꝓmotoꝝ ſacri cōcilij/ nos
norma eiuſdē cōcilij ad ꝑpetuā rei memoriā/ vt de huiuſmodi publica
tiōe acta/ et ſimiliter inſtrumēta quotiēs opus fuerit faceremus roga
uit ⁊ requiſiuit. Ibidē incōtinēti ⁊ ſtatim ꝓmotores p̄fate ſancte ſyno
di per oraculū magiſtri Henrici de Beymheim officialis curie Baſi/
lieñ. ⁊c. cōtumaciā dñi noſtri pape Eugenij quarti accuſarūt prout in/
cedula Cuius tenor ſequiꝛ ⁊ eſt talis Reuerēdiſſimi reuerēdiqȝ patres
⁊ dñi. Cum iam dudū de menſe aprilis ꝓxime p̄terito in publica ſeſſio
ne hec ſancta ſynodus exoraſſet monuiſſet/ ac debite omni cū inſtantia
humiliter requiſiuiſſet dñm Eugeniū papā quartū/ vt illam ſuā pre/
tenſam diſſolutionē huius ſacri ꝯcilij alias per ipm factā ſicut de facto
ꝓceſſerat/ de facto etiā reuocare deberet/ ac ipā reuocationē quēad/
modū ⁊ diſſolutionē huiuſmodi p̄tenſam per diuerſas mundi partes
trāſmitteret ⁊ publicaret/ ac ipſi ſacro cōcilio Baſilieñ. ſicut tenebatur
aſſiſteret fauoribus oportunis fuerit quoqȝ ſtatutuſ exinde ſibi termi
nus quattuor menſiū ad veniendū ꝑſonaliter vel alias ꝑſonas ydone
as mittendū ad hoc conciliū cū plena poteſtate ad oīa ⁊ ſingula ꝑagē/
da in hoc ſacro cōcilio ꝓut hec latius in decreto ipſius ſancte ſynodi cō
tinenꝛ. Et dicto termino quattuor menſiū adueniēte fuerit per nos ſe
pedicte ſacre ſynodi ꝓmotores ⁊ ꝓcuratores ac nomine eiuſdē coram
veſtris reuerēdiſſimis paternitatibus ipſius dñi Eugenij nullatenus
in p̄miſſis parētis cōtumacia debite accuſata/ petitūqȝ ipm cōtumacē
declarari. Et licet tunc ſancta ſynodus ſolita vtens manſuetudine hu
iuſmodi petitionē noſtrā nō ſpreuerit/ neqȝ cōtumaciā petitā declara/
uerit ꝓducta tamen noſtra aſſumens interloquēdo ſe deliberare velle
decreuit. Que quidē deliberatio per tres mēſes exinde ſubſequētes ꝑ/
durauit per quos hec ſancta ſynodus ad omnē eius grauitatē ⁊ man/
ſuetudinē in ꝓcedendo clare oſtendendū ipō dño Eugenio expectato
ſi forte reſipiſceret in p̄miſſis/ nec tamē adhuc parēte die decimoocta/
uo menſis decembris ꝓxime p̄teriti in publica ſeſſione/ cum adhuc vi

deret p̄fatū dn̄m Eugeniū in priori ſua cōtumacia ꝑdurare/ ac etiā
qđ longe deterius erat hoc ſacrū cōciliū ſubuertere varijsmodis ſata
gere/necnō quandā cōgregationē ſub noie generalis cōcilij in p̄iudi-
ciū et euerſionē huiꝰ ſacri Synodi indicere ip̄m ꝑ ſuū decretū ſolenne
iterato ad ſupabundantē cautelā/ ꝛ vt magis manifeſta cōſtitueret
cōtumacia omni cū reuerentia admonuerit. Exhortata eſt ac eidē ex
parte omnipotentis dei p̄cepit atqꝫ mādauit/ quatenꝰ infra ſexagin-
ta dies a dicta die decimaoctauo menſis decembris ſubſequētis p̄di
ctas p̄tenſas diſſolutionē et cōuocationē cōgregationis ſub noie gene
ralis cōcilij publice reuocaret/ huicqꝫ ſacro cōcilio publice pure et ſim-
pliciter adhereret realiter et cū effectu/ alioquin hec ſancta Synodus
abſqꝫ vlteriori monicoē.ſeu citatione cōtra ip̄m ſuꝑ p̄miſſis/ et omni
bus alijs in ipſo ſacro cōcilio ꝑagendis vſqꝫ ad finē debitū incluſiue ꝓ
cederet ꝓut ſpūſſanctus dictaret/ et tā de iure diuino q̄ꝫ humano foret
ꝓcedendum Uerū reuerendiſſimi reuerendiqꝫ patres ꝛ dn̄i cū p̄fatꝰ
dn̄s Eugenius dictis ſexaginta diebus iam elapſis pro vltimo et ꝑ-
emptorio termino ſibi quo ad p̄miſſa aſſignatis circa oia et ſingula ſi
bi ꝑ hanc ſacrā Synodū vt p̄miſſum eſt p̄cepta ac mādata negligentē
ſe reddiderit/ et minime paruerit imo ī eius priori cōtumacia qđ dolē-
ter referimꝰ adhuc ꝑſeueret et ꝑduret Nos duo magiſter Hugo ꝛ ego
ꝓmotores et ꝓcuratores p̄dicti ad ꝓbationē et iuſtificationē oim ꝛ ſin
gulorū p̄miſſorū pridie in generali cōgregatiōe in domo p̄dicatorū de
cimaſeptima huiꝰ menſis habita ꝓducentes et repetentes oia et ſingu
la inſtrumēta et decreta acta et actitata/ et munimenta in p̄miſſis fa-
ciētia et maxime prime monitiōis et requiſitiōis cū executione eorun-
dē debite facta/ necnō eiuſdem dn̄i Eugenij cōtumaciā alias accuſatā
ac decretū huiꝰ ſcđe citationis cū eius debita publicatione et executio-
ne ꝓut hec oia latius apud acta huiꝰ ſancte ſynodi ſunt cōſcripta p̄fa-
ti dn̄i pape cōtumaciā accuſauerimꝰ debita cū inſtantia requirentes vt
eundē veſtre reuerēdiſſime paternitates ꝓ cōtumace habere vellent et
reputari cōtraqꝫ eundē ſuꝑ p̄miſſis et omnibꝰ in hoc ſacro cōcilio ꝑagē
dis vſqꝫ ad finē debitū incluſiue ſine vlteriori citatione ꝓut ſpūſſanctꝰ
dictaret ꝓcederet necnō certā diē ꝓ ſeſſione publica habēda ad hmōi cō
tumaciā ſolenniter accuſandū deputare/ et locū cōgregationis genera
lis fore habilē ꝓ hmōi actu contumacie accuſate declarare dignarent
Ueſtreqꝫ reuerendiſſime paternitates poſt nōnullas deliberationes
dictum locū cōgregationis ad hoc habilē et idoneū ad p̄miſſa decer-
nētes et declarātes ꝓ p̄miſſa ꝯtumacia ꝑ nos accuſanda hāc diem nec
non et ſeſſionem publicam p̄ſentem nobis miſericorditer ſtatuere et
aſſignare decreuiſtis ꝓut hec omnia in ſupradictis actis huius ſacri
concilij plenius continentur/ ad que quo ad hoc nos referimus Un-
de reuerendiſſimi reuerendiqꝫ patres et domini iuxta predictam ſeſſi
onis publice aſſignationem nobis vt prefertur gratioſius conceſſam

nos predicti promotores iterato cum ea qua poſſumus et debemus
inſtantia apud reuerendiſſimas dominationes veſtras: et coram hoc
ſacro concilio prefati domini Eugenij pape ſuper omnibus et ſingu/
lis indictis citationum decretis contentis cõtumaciaꝫ accuſamus pe/
tentes / et eadem cum inſtantia requirẽtes vt reuerendiſſime paterni/
tates veſtre prout iuſticia ſuadet et ordo iuris poſtulat et rationis de/
clarẽt ipſum dominũ Eugeniũ in premiſſis cõtumacem ac pro tali eũ
habeant et reputent. Et inſuper cõtra ipſum ſuper premiſſis et omni/
bus alijs in hoc ſacro concilio ꝑagendis vſqꝫ ad finem debitum inclu
ſiue ſine vlteriori citatione ꝓut ſpirituſſanctus dictauerit et de iure di/
uino pariter et humano fuerit ꝓcedendum ꝓcedi / ac prout in huiꝰ ſa/
cre Synodi decretis plenius continet. Qua ſiquidem cõtumacia ſi
cut prefertur in ſcriptis accuſata reuerendiſſimꝰ pater dominus cardi
nalis legatus pro et nomine ſacri concilij iniunxit reuerendis patribꝫ
dñis vticeñ. et nouarieñ. epiſcopis quatenꝰ ad valuas eiuſdem eccle/
ſie irent ad inquirendum vtrũ ſanctiſſimus dominꝰ noſter Eugeniꝰ
papa quartus cuius cõtumacia nũc ꝑ promotores fuit accuſata: aut
aliquis alius eius nomine eſſet ibidem qui vellet comparere coram ſã
cta Synodo ibidem exiſtẽte facturus et adimpleturus illa ad que ꝑ
duas citationes ſeu monitiones citatus ſeu monitus fuit. Quiquidẽ
duo domini epiſcopi de mandato quo ſupra aſſumptis etiã nobis no
tarijs infraſcriptis ad eaſdem valuas iuerũt alta qꝫ et intelligibili vo/
ce per organum p̃fati domini epiſcopi nouarieñ. trina vice proclama
uerunt inquirentes prout eiſdem per dictum dominũ legatuꝫ nomine
dicti ſacri concilij fuerat iniunctum petentes a nobis notarijs publicũ
inſtrumentum ad perpetuã rei memoriam ꝛc. Qua ſic facta trina pro
clamatione nemine qꝫ pro dicto domino Eugenio cõparente ad pre/
ſentiã eiuſdem ſacri concilij in eadem eccleſia conſtituti redeuntes re/
tulerunt prout ſupra proclamaſſe / nec aliquẽ nomine predicti domi/
ni Eugennij coram eis cõparuiſſe. Poſtqꝫ quidẽ relationem promo/
tores ſacri concilij per organum domini officialis Baſilieñ. ꝓponen/
tes dixerunt in effectu ſimilia verba reuerendiſſimi reuerẽdiqꝫ patres
et domini audiuerunt veſtre reuerendiſſime paternitates relationẽ ꝑ
dominos Vticeñ. et nouarieñ. epiſcopos et quia p̃fatus dominꝰ Eu/
genius / licet debite vocatus et expectatus per ſe vel alium non compa/
ruit prout neqꝫ cõparet eius contumaciam. Iterum et ex ſuꝑhabundã
ti accuſarunt trina vice petentes ipſum per ſacrum concilium ꝓ con/
tumace reputari et declarari reproducentes et repetentes acta et decre
ta huius ſacri concilij Baſilieñ. necnõ duas citationes et earũ execu/
tiones vna cũ omnibus actis et acticatis in huiuſmodi cauſa petẽtes/
qꝫ diem certam pro ſeſſione publica pro huiuſmodi declaratione fien/
da eiſdem aſſignari. Quibus petitis dominus cardinalis legatus et
p̃ſidens generalis dicti ſacri concilij et nomine eiuſdem verba ſua di/

rigens ad ipſos ꝓmotores dixit Venerabiles ꝓmotores audiuit hec
ſancta Synodus relationem factã per p̄fatos dños epõs ꝛ petitionẽ
veſtrã idcirco hec ſancta Synodus iudices huius ſacri concilij depu/
tat et ordinat ad videndũ et ad examinandũ ꝓceſſum factum contra
eundẽ dñm Eugeniũ et referant in cõgregatione generali. Qua facta
relatione ſacrũ cõciliũ deliberabit ſup declaratione cõtumacie et alijs
in huiuſmodi cauſa peragendis / ac in ſeſſione ſuper hec decernẽda vo
bis reſpondebit / de et ſup quibus omnibus et ſingulis ſupradicti pro/
motores / et eorũ quilibet ad perpetuã rei memoriam petierũt ꝛ petijt
a nobis notarijs fieri vnũ vel plura publicum et publica inſtrumenta.
Datum in ſeſſione publica eiuſdem ſancti Synodi in eccleſia maiori
Baſilieñ. ſolenniter celebrata die Jouis. xix. menſis Februarij. Anno
domini Milleſimoquadringenteſimotriceſimotertio.

¶ Seſſio vndecima ſacri concilij Baſilienſis.

Sacroſancta generalis ſy=
nodus Baſilieñ. in ſpirituſancto legitime cõgrega/
ta vniuerſalem eccleſiam repſentans / ad ꝑpetuã rei
memoriã Quoniã frequẽs generaliũ conciliorũ cele
bratio tanq̃ȝ agri dominici p̄cipua cultura vniuerſa/
lem eccleſie ſtatũ cõcernit Jdeo ſumma cũ diligentia
intendendũ eſt vt cũctis obſtaculis que tã ſalubrem
inſtitutionẽ impedire poſſent accurate obuiet: Jnherẽs igit̃ hec ſancta
Synodus ordinationi decreti cõcilij cõſtañ. quod incipit frequens cu
piensq̃ȝ ne ſcandala que proch dolor diebus noſtris cõtigerũt futuris
tꝑibus in ꝑniciẽ eccl'ie repullulẽt ſtatuit et decernit vt roman⁹ põtifex
qui prim⁹ in vinea dñi laborare / ꝛ alios ſuo exemplo ad laborãdũ tra
here tenet̃ ꝑ ſe vel legatum de latere aut legatos eligẽdũ vel eligẽdos
de cõſilio et aſſenſu nõ auriculari duaꝝ partiũ cardinaliũ in concilijs
generalibus debeat intereſſe / necnõ omnes et ſingule ꝑſone eccleſiaſti
ce / que de iure vel conſuetudine in generalibus concilijs ad eſſe debent
deinceps / ad ipſa generalia concilia tam vigore ipſius conſtitutionis
Frequens indicta quã huius ſacri concilij Baſilieñ. vel alterius futu
ri legitime congregati auctoritate indicenda ſine alia vocatione ve/
nire perſonaliter aſtringantur niſi legitimo detineantur impedimen/
to: quo caſu perſonas idoneas cũ ſufficienti mandato deſtinare tene/
antur. Quod ſi ipſe romanus pontifex et alie predicte ꝑſone hoc facere
neglexerint aut ipm cõciliũ quoquomõ de facto impedire mutare ꝓ/
rogare diſſoluere opam dederint / ꝛ infra quattuor mẽſes cũ reali ſatiſ
factione nõ reſipuerint extũc roman⁹ pontifex a papali / et p̄dicte ꝑſone
a ſuarũ dignitatũ adminſtratione ſint ipſo facto ſuſpẽſi. Quequidem
papalis adminiſtratio ad ſacrum concilium ipſo iure deuoluatur Et
ſi penas p̄dictas per duos menſes poſt dictos quattuor animo ſuſti/

nuerint indurato cōtra tā romanū pōtificē q̄z p̄dictas ꝑſonas vſq̄z ad
priuationē incluſiue ꝑ cōciliū generale ꝓcedat. Statuit quoq̄z hec ſā/
cta Synodus vt nō obſtante quacunq̄z etiā romani pōtificis ꝓhibiti/
one omnibus cuiuſcunq̄z ſtatus et conditiōis exiſtant Etiā ſi ſint ſan/
cte romane eccleſie cardinales liberum ſit ad generalia concilia ꝓficiſci
Quodq̄z ipſe romanus pontifex ad ipſa cōcilia generalia accedere vo
lentibus et p̄ſertim dictis cardinalibus licētiā ſi petierint impartiri te/
neat. Declarat quoq̄z hec ſācta Synodus verba illa videlicet nul/
latenus prorogetur in dicto decreto poſita ita prohibitiue intelligi: vt
etiam ꝑ papā prorogari non poſſit Quodq̄z conciliū actu cōgregatū diſ/
ſolui/ aut de loco ad locū mutari ſine ipſius concilij expreſſo cōſenſu ꝑ
romanū pontificem nullaten⁹ poſſit caſſatq̄z irritat et annullat/ Si
quid forſitan cōtra hec vel etiā in derogationē aut impedimētū ipſius
cōcilij generalis ꝑſonarum et p̄latorūq̄z ac ſuppoſitorū eiuſdem ꝑ pri/
uationē trāſlationē cēſuraſq̄z eccleſiaſticas vel aliter quōlibet in futurū
cōtingerit attemptari. Statuitq̄z ex certis et rationabilibus cauſis
vt p̄ſens Baſilieñ. cōciliū per neminē/ etiam ſi papalis fuerit dignita/
tis diſſolui aut de loco ad locū mutari poſſit niſi de expreſſo conſenſu
duarū ꝑtiū cuiuſlibet deputationis votis ſingulorū ſcrutatis ſubſequē
tiq̄z approbatione duarū ꝑtiū cōgregationis generalis ſimiliter ſcru/
tatis votis ac demū in ſeſſione publica facta declaratione obſecratq̄z
ꝑ viſcera miſericordie ieſu chriſti ⁊ ꝑ aſpſionē ſui ſanguinis p̄cioſi om/
nia ſuppoſita hui⁹ ſacri cōcilij tam p̄ntia q̄z futura obteſtat vt ante cō
pletā reformationē in capite et in mēbris q̄ztū rationabilibus fieri po/
terit nullatenus diſſolutioni cōſenſum p̄ſtent nec loci mutationi fieri
ꝑmittant niſi ex cauſis iuſtis et manifeſtis. Juxta ipſi⁹ cōſtañ. conci
lij ordinationē vult oīno ſaltē ꝑ menſem ante tempus diſſolutionis eli
gi locū ꝓ futuro celebrādo cōcilio declaratq̄z ad habundantē cautelā
verbum illud in decēniū in p̄dicta poſitū cōſtitutione ſic intelligi debe
re vt decēniū totaliter cōpleat/ et eo integre completo ex tunc faculta/
tem cōcilij generalis celebrandi incipere Quod ſi caſu aliquo contingat
eos qui in cōcilijs generalibus intereſſe tenent in principio tp̄is nō ad
uenire declarat nō propterea dictam concilij celebrandi facultatem ex
ſpirare Si vt quātotius comode fieri poterit celebret Ne aūt diu diſ
ferri poſſit ſtatuit vt per viginti dies ante p̄dictū decēnij tēpus cōple/
tum vel aliud ſi forſan ex cauſa ꝑ cōciliū p̄figi cōtingat roman⁹ ponti/
fex per ſe vel legatum aut legatos ſuos/ necnō archiep̄us in cuius pro
uincia vel dyoceſi fuerit cōciliū celebrādum/ ⁊ omnes prelati vicini lo
co celebrationis cōcilij per quattuor dietas vulgares ceſſante impedi
mento canonico in ꝓprijs perſonis vel eo obſiſtēte per viros idoneos
ad hoc vicarios conſtitutos ad eſſe teneantur vt de loci diſpoſitione ⁊
alijs preparatorijs concilij valeant habere tractatū Die autē incho/
ationis concilij generalis prefinita/ hij qui ibidem fuerint miſſam de

ſancto ſpiritu ſolenniter celebrent et conciliũ ex eo die ſtabilitũ ⁊ incho
atum eſſe efficaciter cenſeat. Uerũ ꝓpter multas neceſſitates que con
tingere poſſunt venientibꝫ ad conciliũ exhortat hec ſancta Synodus
eos qui tunc pſentes fuerint vt ad ardua negocia cõcludenda niſi decẽ
ti expectatione abſentiũ moderata cõgruo interuallo tpis non proce/
dant ſed ſic diuino timore puio ꝓcedatur in cunctis cũ debita grauita
te/ ſicut tanta magnitudo negociorũ vniuerſalis eccleſie exigit et req̃/
rit. In his aũt caſibus in quibus ſm ſtatutũ decreti cõſtantieñ. pa/
pe licet locũ futuri cõcilij de cõſenſu ſancte romane eccleſie cardinaliũ
mutare Statuit vt ſi papa id facere negligat collegiũ cardinaliũ hoc
ſuppleat ita tamẽ vt due partes ipſorũ cardinaliũ cõſentiant ſeruando
nihilominꝰ modũ qui in dicto capitulo frequens cõtinet Ipſam autẽ
loci mutationẽ ſi fieri cõtingat iurabũt dicti cardinales ſm deũ et cõ/
ſcientiam ſuam illã facere ⁊ ex cauſis manifeſtis in capitulo frequẽs cõ
tentis. Ut premiſſa facilius executioni demandent Statuit ipſa ſan/
cta Synodus ꝙ electores romane pontificis ante ingreſſum concla/
uis iurare deoqꝫ et eccleſie ꝓmittere teneant/ ꝙ ſi contingat aliquem
ex eis in papã aſſumi pmiſſa ſupradicta decreta ſtatuta ⁊ ordinata ſer
uabit ⁊ pro poſſe implere realiter ⁊ cũ effectu curabit Adijciens ꝙ qui
cunqꝫ in romanum pontificem futurꝰ deinceps tẽporibus aſſumet in
ter alia que profiteri debet iuxta decretum cõcilij conſtantieñ. qđ inci/
pit. Quãto romanꝰ pontifex ⁊c. iuret etiam pſens decretũ efficaciter
obſeruare/ quãquidem ꝓfeſſionẽ teneatur poſtea in primo publico cõ/
ſiſtorio de nouo facere ꝓfiteaturqꝫ Si eorũ que in hoc decreto conti/
nent fuerit violator/ necnõ rõne cuiuſlibet notorij criminis eccleſiã ſcã
dalizantis iudicio generalis cõcilij ſe eſſe ſubiectum/ Hancqꝫ profeſ/
ſionẽ tam ipſe qꝫ collegiũ cardinaliũ inſerant litteris quas de noua aſ
ſumptiõe pape per orbem de more trãſmittent. Ut tam ſalutaris ac
neceſſarij decreti nullus poſſit ignorantiã ptendere Mandat hec ſan/
cta Synodus in virtute ſancte obedientie omnibus metropolitanis
vt in ꝓuincialibus epis in Synodalibus concilijs platis religionũ
in ſuis capitulis generalibus hmõi decretum legi faciant et publicari.
Cum liberũ eſſe debeat omnibus ad hoc ſacrũ generale concilium qđ
vniuerſalẽ eccleſiã repſentat ꝓficiſci et cõſequenter quicquid in contra
riũ quacũqꝫ auctoritate/ etiã ſi papali ſtatuat irritum ſit cẽſendũ ideo
hec ſancta Synodus caſſat et annullat quecũqꝫ mandata etiam ſub
cenſuris priuationibus beneficiorũ et officiorũ inhabilitationibus ad
eadem et alijs quibuſcunqꝫ penis facta et fienda tam per dñm Euge
nium papã quartũ qꝫ eius camerariũ vel aliũ eorum auctoritate curi/
alibus et officialibus romane curie vel alijs quibuſcũqꝫ pſonis cuiuſ/
cunqꝫ ſtatus et dignitatis exiſtant/ ne de curia romana recedant p que
facultas ad hoc ſacrum conciliũ veniendi impediri vel reſtringi quõli/
bet poſſet. Datum in ſeſſione publica eiuſdem ſancti Synodi in eccle/

ſia maiori Baſilieñ. ſolenniter celebrata. v. Kalēdas Maij. Anno a natiuitate dñi Milleſimoquadringenteſimotriceſimotertio.

¶ Seſſio duodecima concilij Baſilienſis.

Sacroſctā generalis ſynodus Baſilieñ. in ſpiritusancto legitime cōgregata vniuerſalem eccleſiā repſentās. Ad ꝑpetuam rei memoriā Sancta catholica eccleſia in ſacro conſtatieñ. cōcilio cōueniens cū aīaduerteret neglectū ſacrorū conciliorꝫ ꝓteritis temporibꝫ occaſionē fuiſſe hereſum errorū ſciſmatum ac plurimarū deformitatū in populo chriſtiano ipſorūqꝫ cōciliorū frequētationē optimū fore dictarū peſtiū ac malorum antidotū / diuina inſpiratione inſtituit deinceps certis mō et tēpore generalia concilia celebrari. Prius aūt ne quiſqꝫ de ipſorū conciliorum poteſtate heſitaret declarauit conciliū generale catholicam eccleſiam repſentans poteſtatē a chriſto immediate habere / cui quilibet cuiuſcunqꝫ ſtatus vel dignitatis / etiā ſi papalis exiſtat obedire tenet in hijs que ꝑtinent ad fidē / et extirpationē ſciſmatis atqꝫ ad generalē reformationē eccleſie in capite et in membris Oīsqꝫ eius mādatis ſtatutis ordinationibus et ꝓceptis ſup ꝓmiſſis ſeu ad ea pertinentibus quicūqꝫ / etiam ſi papalis fuerit dignitatis obedire cōtumaciter cōtemnens niſi reſipuerit cōdigne penitentie ſubijciendus eſt et debite puniendus / etiā ad alia iuris ſubſidia ſi opus fuerit recurrendo. Auctoritate igitur memorati cōſtantieñ. cōcilij / ac deinde ex inſtituto ſacri concilij Seneñ. approbationeqꝫ felicis recordationis Martini pape quinti: ⁊ moderni dñi Eugenij pape quarti Hec ſancta Baſilieñ. ſynodus legitime cōgregata ad opus generalis reformationis eccleſie in capite et in mēbris / necnō ad extirpationē hereſum oīm cū diligentia in ſuo primordio ꝓcedere decreuit. Sed quoniā abſqꝫ pace chriſtianorū principum / hec duo ſacratiſſima opa nō facilē executionē habere poterant ꝓfeſſa eſt etiam ad pacē cōcordiāqꝫ chriſtiani populi velle totis viribꝰ laborare / queādmodū hactenus fecit feciſſetqꝫ vberius / ac forte felicius niſi grauibus fuiſſet ꝑ ꝓfatuꝫ dñm Eugeniū obſtaculis impedita. Et quoniā inter chriſtianos nemo eſt cuiꝰ ꝓ ſua dignitate magis interſit qꝫ ſūmi pontificis huiuſmodi ſacris operibus intendere. Hec ſancta Synodus a ſue cōgregationis initio dñm Eugeniū per binas ambaſiatas cū magna inſtantia depcata eſt vt ſuas operas cōſiliaqꝫ ⁊ auxilia ad ipſam Synodum fouendā ac promouendam vellet impendere / Cū vero ab ipſo domino Eugenio pro ſuo paſtorali officio omne genus ſubſidij ac ſuffragij ſperaremus lugubri nūcio ad nos ꝑlatum eſt hoc ſacrum concilium tam ſolenniter inſtitutum / et pro tam neceſſarijs negotijs congregatum in publico conſiſtorio de facto cū de iure nō poſſet attēptaſſe diſſoluere Quod nos audientes triſticia cōſterna

ti magnoqꝫ merore confecti ſumus / nec modo nos ſacrum] conciliū ce
lebrantes huiuſmodi pretenſa diſſolutio ſupra modum ſcandalizauit
ſed et omnem populum chriſtianum qui tam ſanctoruꝫ operū felicem
exitū magno cum deſiderio expectabat Exiſtimans tunc hec ſancta ſy
nodus ſiniſtris informationibus ipſum dominū Eugeniū fuiſſe cir/
cūuentum mox ad eum venerabilem epiſcopum Lauſaneñ. et decanū
Traiecteñ. oratores deſtinauit eidem oſtenſuros cauſas p̄tenſe diſſo/
lutionis a veritate procul eſſe ſupplicaturoſqꝫ / vt cum huiuſmodi res
grauiter ac notorie eccleſiam perturbaret plurimeqꝫ in ;populo chri/
ſtiano exinde calamitates ſecuture eſſent ipſam diſſolutionem tam ſcā
daloſe factam omnino reuocaret. Et huic ſancte Synodo ſicut digni
tatem ſuam decebat cū effectu adhereret Sed ipſorum oratorum ra/
tionibus ac precibus nequaq̄ꝫ motus eos ad nos vacuos remiſit. Ex
tam graue ac notorium ſcandalum / hec ſancta Synodus ferre nō va
lens ipſum dominū Eugeniū in publica ſeſſione monuit vt infra quat
tuor menſes pretenſam diſſolutionem tot ſcandalorum cauſam peni/
tus aboleret. Interim autem et poſt chariſſimus eccleſie filius Sigiſ/
mūdus romanoꝝ imperator illuſtris tāq̄ꝫ eccleſie fidelis aduocatus
pluribus notabilibus ambaſiatis ac crebris litteris ipſū dominū Eu
genium humilime deprecatus eſt vt ab huiuſmodi eccleſie perturba/
tiōe omnino deſiſteret Idipſū etiā zelo fidei et eccleſie ſuccēſi q̄ꝫplures
reges ac principes cardinaleſqꝫ ac prelati tam in curia romana q̄ꝫ ex/
tra rogando obſecrando monendo ſedula cum inſtantia fecerunt. Et
quidem tot preces et requiſitiones vndiqꝫ ſibi porrecte ſūt tam pie hu
militer et deuote vt ꝙ dolenter referimus ſi pax et tranquillitas eccle/
ſie ſibi fuiſſet cordi nullatenus diſſentire potuiſſet. Circa autem ipſoꝝ
quattuor menſiū exitum ad nos quattuor oratores tranſmiſit non vt
emendarent ſed errata defenderent / noſqꝫ increparent ꝙ mox ſue pre/
tenſe non paruiſſemus diſſolutioni. Quibus per reſponſiones huius
ſacri concilij veritas tam iure diuini et humani ꝙ ſine conſenſu conci/
lij diſſoluere nequiuerat q̄ꝫ facti quod cauſe pretenſe diſſolutionis ve/
re non fuerant extitit luce clarius patefacta. Tranſactis his quattuor
menſibus cū i publica ſeſſione promotores ſacri concilij ipſius domi
ni Eugenij cōtumaciam accuſantes eū cōtumacem declarari peterent
ſancta Synodus a dictis oratoribꝰ fuit exorata vt ſuꝑ ſedere dignare
tur pro tunc et vſqꝫ ad tres menſes / poſtea diſtulit. Et cū interim nul/
la ſue emendationis iudicia apparerent imo quottidie in ſuo ꝓpoſito
durius perſeuerans innumeris modis quos honeſtatis cauſa retice/
mus ipam ſanctā Synodū diſſipare et euertere conaretur Nos licet
ſuadeñ. iuſticia acrioribꝰ remedijs vti potuiſſemus nihilominꝰ man
ſuetudinis noſtre nō immemores. Iterū ipſū monuimꝰ / ⁊ ex ꝑte omni/
potētis dei p̄cepimꝰ vt infra ſexaginta dies diſſolutionē p̄tēſam ꝓrſus

reuocaret/ et ſacro cõcilio pure ſimpliciter ⁊ cũ effectu adhereret. Qui/
bus exactis iterũ per ꝓmotores cõcilij ipſius dñi Eugenij cõtumaciã
fortius accuſantes inſtãtius interpellati ſumus/ vt ad declarationem
cõtumacie ⁊ ad penas quas tanta cõtumacia exigebat ꝓcederemus.
Et nihilominus aliquã diu differre decreuimus/ ſi forte tantã ſacri cõ
cilij pietatẽ videns ipſe quoqꝫ ad pietatẽ flecteret. Inter ea q̃ttuor alij
ſui oratores ad nos superuenerũt varias ſecum facultates immo veri
us difficultates ⁊ inuolutiones afferẽtes per quas monitioni nr̃e nul
latenus parebat nec p̃tenſa irritabat ſed potius firmabat diſſolutio
Multa etiã alia in his cõtinebant nõ mediocriter abſurda et ſacro p̃/
iudicialia cõcilio. Quibus ſine dei offenſa et graui iactura eccleſie nul
latenus aſſentire poteramus ꝓut hec in reſponſione dictis ambaſia/
toribus ſextadecima die Iunij tradita diffuſe deſcribunt. Poſt itaqꝫ
duos menſes qui decimanona Februarij expiarunt vſqꝫ ad p̃ſentẽ diẽ
patienter diſtulimus ſperantes ipſum dñm Eugeniũ plenam tandeꝫ
adherentiã p̃biturũ ſed vt rei euidẽtia iaꝫ demonſtrat quo magis pul/
ſatur eo amplius obdurat aures. Et quãto ſecum benignius ac mode
ſtius agitur/ eo tenacius in ſuo diſſolutionis ꝓpoſito ꝑſeuerat. Et quã
tum ex eius verbis factiſqꝫ colligi poteſt/ nil aliud p̃tendere videt niſi
vt eccleſiã peſſundet. Iuſqꝫ ſibi ⁊ ſucceſſoribus faciat nõ ſolum obro/
gandi ritum ſacroꝝ conciliorꝝ/ et ea libito diſſoluẽdi/ ſed ⁊ ipſoꝝ ſacra
tiſſima decreta ſpiritu dei ꝓmulgata a quibꝫ ſtatus pendet vniuerſa/
lis eccleſie irritãdi ⁊ abolendi/ ⁊ p̃ſertim declarationẽ illam q̃ in his q̃
ad fidei extirpationẽ ſciſmatis/ et generalẽ eccleſie reformationẽ in ca
pite ⁊ in mẽbris ꝑtinent/ quilibet etiã papalis dignitatis decretis ge/
neralis ꝯcilij ſubijcit. Ex quibꝫ quot quãtaqꝫ mala ac ſcandala ex nũc
⁊ in futurũ ſuccedere poſſint ſatis oĩbus liquet/ et in prefata reſponſio
q̃ꝫ prelatoꝝ. Item ꝙ mittenꝛ vnus vel plures ambaſiatores ex parte
ſacri concilij cum octo milibus ducatoꝝ pro facienda cõgregatione p̄-
latorũ eccleſie orientalis ad conſtãtinopolim que octo milia expedienꝛ
ab ipſis ambaſiatoribus ſacri concilij prout dño imperatori / et ipſis
ambaſiatoribus ſacri concilij videbiꝛ. Ita tamẽ ꝙ ſi dicti p̄lati nollent
conſtãtinopolim venire vel poſtq̃ꝫ in cõſtantinopoli venerint nollẽt ad
ſynodũ p̄dictam accedere / tunc teneaꝛ dñs imperator reddere dictis
ambaſiatoribus ſacri concilij quicquid pro ea re expenderint. Item
ꝙ eccleſia occidentalis ſoluat expenſas quattuor galearuꝫ groſſarũ /
quarum due ſint de conſtantinopoli / et due aliunde pro conducendo

dum tempus erit ad portum noſtrū ⁊ reducendo ꝯſtantinopoli dn̄m
imperatorē et patriarchas et prelatos eccleſie orientalis cum ſuis vſqꝫ
ad numerū ſeptingentarū perſonarū. Quibus ipa occidētalis eccleſia
impenſos faciet hoc modo. Quia pro expenſis ipſius imperatoris / et
ipſarū ſeptingentarū perſonarū a conſtātinopoli vſqꝫ ad portum no/
ſtrum vltimū dabit ipſi imperatori quindecim milia ducatorū. A di/
cto autē vltimo portu vſqꝫ ad locum dicte Synodi / et deinde quādiu
manebunt in ſynodo / et vſqꝫ ad reuerſionē ipſoꝝ ad conſtātinopolim
faciet dicto imperatori cū dictis ſeptingēteis pſonis impenſas hone/
ſtas. Item ꝙ infra decem menſes incipiendos a menſe nouēbris pro
xime ſequēti teneatur ſacrum conciliū mittere duas galeas groſſas et
duas ſubtiles verſus conſtātinopolim cum tricentis baliſtariȷ̄s. Su/
per quibus galeis erunt ambaſiatores ſacri conciliȷ̄ et dn̄s Demetri/
us prothoueſtiarius paleologus primus de ipſ ambaſiatoribus do
mini imperatoris. Quiquidem ambaſiatores ſacri conciliȷ̄ habebūt
ſecum quindecim milia ducatorum dando domino imperatori pro ex
penſis ſuis et patriarcharū / et prelatorū ac aliorum venientiū vſqꝫ ad
numerum ſeptingentarū perſonarum faciendis a conſtantinopoli vſ/
qꝫ ad portum vltimum ad quem debebunt applicare vt ſupra. Item
predicti ambaſiatores ſacri conciliȷ̄ ituri cum predictis galeis ordina/
bunt ꝙ decem milia ducatorum erunt parata ad exponendum ſi neceſ
ſarium fuerit pro cuſtodia ciuitatis conſtantinopolitane propter peri/
culum quod poſſet interuenire a Turcis ciuitati tempore abſentie di/
cti imperatoris que pecunie exponentur per aliquem a dictis ambaſi
atoribus ſacri conciliȷ̄ deputandis prout neceſſitas fuerit. Item ordi
nabunt predicti ambaſiatores ſacri conciliȷ̄ de expenſis duarum galea
rum ſubtilium / et tricentorum Baliſtariorum pro cuſtodia ciuitatis
Conſtātinopolitane tempore abſentie domini imperatoris / et ꝙ gen/
tes dictarum galearum / et ipſi Baliſtariȷ̄ iurabunt in manibus impe/
ratoris fideliter ſe habere. Et capitanei eorum ſint quos imperator
inſtituerit. Item ꝙ predicti ambaſiatores habeant expenſas duarū
galearum groſſarum tot quot expendi conſueuerunt in armando ta/
les galeas. Item ꝙ huiuſmodi ambaſiatores ſacri conciliȷ̄ ituri cum
predictis galeis ad conſtantinopolim nominabunt domino impera/
tori portum ad quem vltimo debebit applicare / et locuꝫ vnum de pre/
nominatis in quo eſſe debeat dicta vniuerſalis Synodus. Labora/
bunt tamen cum omni inſtantia vt ciuitas ipſa Baſilien̄ eligatur pro/
ut ſperandum eſt. Item ꝙ hoc ſacrum Baſilien̄. concilium interim
ſtabit in Baſilea firmiter nec diſſoluetur legittimo impedimento ceſ/
ſante quo interueniēte quod deus auertat pro continuatione ſui iuxta
diſpoſitionem capituli Frequēs ad aliam ciuitatem ſe transferret. Et
in caſu quo dominꝰ imperator non contentaret̄ de iſto loco tunc infra
menſem poſtqꝫ prefatus dn̄s imperator applicuerit ad dictū portum

vltimū ſacrū cōciliū ſe transferret ad vnū de p̄dictis locis nominatis ꝑ ipm ſacrū cōciliū vt ſupra dictū eſt eligendum. Item ꝙ in omnez euentū p̄dicta oia vtrinqꝫ adimpleant. Item ꝙ p̄dicta oia fiāt firmi-ori modo et cū maiori robore ⁊ ſecuritate quo fieri poſſunt ꝑ ſacrū cō-ciliū videlicet ꝑ decretū et ſub bulla. Item ꝙ p̄dictis oibus cōcluſis ⁊ cōcordatis ac vt p̄mittit firmiter roboratis ſūmus pontifex expreſſuz p̄beat aſſenſum ꝑ ſuas patentas bullas Et ꝙ p̄dicta omnia et ſingu-la intelligi debeant bona fide ſine dolo et fraude ⁊ abſqꝫ impedimento legitimo ⁊ manifeſto. Hijs omnibꝰ adimpletis dicūt ſupradicti am-baſiatores grecorū et ꝓmittunt ꝙ omnino venient/ etiā ſi bellum foret et inſtaret ciuitati Et ob earū oim rerum cōfirmationē tradent manda-tum p̄fati imꝑatoris ſub bulla aurea ſacro cōcilio/ et ꝓ p̄fato imꝑato-re ipſi ⁊ alij iurabūt ſcribendo ⁊ ſubſcribēdo ꝓpter firmā ⁊ veram fidē Q fieri debeat cū deo vniuerſalis ſancta Synodus/ ſi mors imꝑato-ris nō interuenerit aut impedimentū aliquod manifeſtum et verū ꝙ fugi vitariqꝫ non poſſet. Poſtremo petitū eſt ab ipſis ambaſiatori-bus Grecorū vt exponerent quedā noia in eorū inſtructionibus cōtē-ta Et primo quid intelligunt per verbum Synodus vniuerſalis. Re-ſponderunt ꝙ papa et patriarche ſint in dicta Synodo per ſe vel ꝓcu-ratores ſuos ſimiliter et alij p̄lati ſint ibidem vere vel rep̄ſentatiue pro-mittētes vt ſupra/ qꝛ dn̄s imꝑator grecorū ⁊ patriarcha cōſtantinopo-litanus inter erunt perſonaliter. Libera et inuiolēta hoc eſt ꝙ vnicui-qꝫ liceat libere dicere iudiciū ſuum ſine cuiuſqꝫ impedimento vel violē-tia. Sine contentione hoc eſt ſine cōtentione rixoſa et contumelioſa. Non tamē excludunt diſputatiōes et collocutiōes neceſſarie pacifice honeſte et charitatiue. Apoſtolica ⁊ canonica hec nomina quō intel-ligi debeant/ ⁊ de modo ꝓcedendi in Synodo remittunt ſe ad ea que ipſa vniuerſalis Synodus declarabit et ordinabit. Item ꝙ imꝑator Grecorū et eorū eccleſia habeat honores ſuos hoc eſt quos habebat tē-pore exorti p̄ſentis ſciſmatis ſaluis ſemꝑ iuribus honoribus priuile-gijs et dignitatibus ſumi pōtificis et romane eccleſie et imꝑatoris ro-manorum Et ꝙ ſi qua dubitatio oriat ſtetur declarationi vniuerſalis concilij prefati.

¶Sequitur tenor mandati domini imꝑatoris ſub bulla au-rea de greco in latinum tranſlati.

QVoniam miſſi fuerūt ad ſacroſctm̄ ꝯciliū generale Baſi-lien̄. nr̄i ⁊ iperij nr̄i ambaſiatores familiar nr̄ ꝓthoueſtia-riꝰ Demetriꝰ Paleologꝰ methotides/ ⁊ honorādiſſimꝰ in ſacris monachis abbas ſacri monaſterij ſcti Demetrij ⁊ fa-miliar nr̄ iohes diſſipatꝰ/ ad ꝯſtitutionē a nobis ſollicita-ti general ⁊ icomenici ꝯcilij ꝓvniōe p̄meditata eccl'iaꝝ xp̄i ⁊ dedimꝰ eis ambaſiatoribꝫ ꝑfectā ⁊ plenā ptātē ⁊ bayliam ſuꝑ ⁊ in p̄dictis Mādat diffinit ⁊ ordinat imperiū noſtrum ꝑ p̄ſens criſobulū ſuum ꝙ omnia

et ſingula illa que ordinauerint ꝓmiſerint iurauerint fecerint ⁊ conſti
tuerint per ſcripturā ſiue ſcripturas ſuꝑ p̄dictis prefati noſtri ambaſia
tores reputent̄ a noſtro imperio ⁊ affirmata ſint tanq̄ʒ ſi a ꝑſona nr̄a
p̄ſentialiter facta ordinata ꝓmiſſa et iurata forent. Et ſi cōtingeret im
pedimentū aliquod vel mors in aliquo dictorū ambaſiatoꝝ / tunc ꝙ
factum eſt ⁊ ꝓmiſſum erit per duos ex eis firmū ⁊ validum ſit tanq̄ʒ ſi
per oēs tres factum foret et in robur ⁊ firmitatē p̄dictorū iurat Impe
rium noſtrū per iuramentū debitū ⁊ ꝯdecens nobis tanq̄ʒ chriſtiano
fideli imperatori / ⁊ per orationē et benedictionē ſancti mei imperato/
ris dn̄i et patris noſtri felicis memorie / et per animā meā factūqʒ eſt
p̄ſens Criſobulū imperij noſtri. A mūdi creatione. Sexmilleſimonō/
genteſimoquadrageſimoſecūdo. Et dn̄i noſtri Jeſu chriſti natiuitate
Milleſimoquadringēteſimotriceſimotertio die.xi. Nouēbris Conſtā
tinopoli in pallatio noſtro imperiali Et ſubſcriptū litteris rubeis ma
nu nr̄a ꝓpria more imperiali cū pendēti aurea bulla.

¶ Littera dn̄i patriarche cōſtantinopolitani de greco in la-
tinū traſlata ſub bulla plumbea et eſt talis.

IOſeph dei gratia archiep̄us cōſtātinopolitanus noue ro,
me vniuerſalis patriarcha reuerēdiſſimis cardinalibus ro
mane ecclesie. Et reuerēdis ep̄is. Et omnibꝫ alijs deuotis
cōgregatis in ſynodo Baſilieñ. cōdignam ⁊ condecentem
mitto vobis omnibꝫ ea qua teneor charitate ⁊ amicitia ſpi
rituali ſalutē. litteras reuerentie vr̄e recepimus per reuerendū Antho
niū epiſcopū Sudeñ. et fratrē Albertū de criſpis ſacre theologie magi
ſtrū oratores veſtros / ex quibꝫ ⁊ etiā relationibꝫ prefatoꝝ bene notaui
mus optimā diſpoſitionē atqʒ intētionē deo amabilē quas. v. R. pro
tota xp̄ianitate gerit ⁊ ſpecialiter pro nobis id eſt ꝓ vnitate eccl'ie ſācte
xp̄i. Et ſuꝑ hoc letati fuimus maximū qm̄ hortamini nos ꝓ illis pro
q̄bus ⁊ nos iam diu hortati ſumus inſtanter eccl'iam romanā. Mul/
tociens em̄ ſcripſimus ⁊ miſimus illud pro vnitate p̄dicta vt oībus pa
tet. Tantis aūt legatiōibꝫ ex parte nr̄a factis ⁊ tanta ſollicitudine oſtē
ſa nō ꝑmiſerunt tamē circūſtantie rerū vt finem acciperet noſtras volū
tas ⁊ tractatus. Ad p̄ſens igitur de iſtis iſdem ⁊ cōſimili ⁊ eadē diſpo,
ſitiōe. v. R. ſcribimus querētes fieri cōciliū icomenicū ſub p̄ſentia om/
niū ꝑſonarū neceſſario debentiū ad eſſe ſecundū antiquū ordinē ⁊ con/
ſuetudinē. Et tale conciliū fieri canonicū liberū inuiolatū ⁊ ſimpliciter
ſecūdū formas antiquoꝝ icomenicoꝝ ꝯcilioꝝ. Et illud omne qđ deo
dante in tali cōcilio vnanimiter ⁊ cōcorditer cōcluſum fuerit hoc firmū
habere indubitāter et ſine cōtradictione ⁊ lite quacūqʒ / que oīa dicta
fuerint cōceſſa ⁊ cōfirmata a ſancta romana eccl'ia per plures legatio/
nes ad eam noſtri parte factas. Impedita vero fuit iſtorū concluſio et
effectus ꝓpter tēporales circūſtātias vt ſupra dictū ē. Sed qm̄. v. R.
in p̄ſenti tꝑe tantā ꝓmptitudinē ſuꝑ iſtis oſtendit per legationē ſpecialē

fecit pro iſtis/et hortata nos fuit litteris ⁊ relationibus ſuoꝝ oratoꝝ ꝓpter hoc ⁊ nos mittimus ambaſiatores noſtros familiarē imperij ꝓthoueſtiariũ Demetriũ paleologũ methotidē. Et honorandiſſimuꝫ in ſacris monachis abbatē ſacri monaſterij ſancti demetrij yſidoꝝ/et Johānē diſſipatũ per quos petimus et rogamus.v.R. ꝙ ad hoc deo amabile opus vnionis conferatis omnē curam ⁊ ſollicitudinē vt fiat ⁊ concludat̄ dictum laudabile opus veſtris ſtudio et diligētia noſtris correſpōdētibus/ cũ vero ſint aliqua neceſſaria/ad hoc ⁊ eius operis executiua ꝯmiſimus de iſtis p̄dictis noſtris ambaſiatoribꝫ qui.v.r.la cius ⁊ clarius oĩa referent ⁊ manifeſtabũt placetqꝫ.R.v.eiſdē plenaꝫ fidem adhibere. Datum in vrbe conſtātinopoli. Milleſimoquadringenteſimotriceſimotertio die.xv.menſis octobris.

¶Sequitur cōfirmatio ſupradictorũ capitulorũ.

SUpradicta igitur capitula ⁊ ꝯuentiones hec ſancta Synodus auctoritate vniuerſalis eccl'ie p̄ſenti decreto approbat ratificat ⁊ cōfirmat/ ſtatuitqꝫ ⁊ decernit et pollicet̄ ea ⁊ eoꝝ qōlibet ſeruare/et incōcuſſa tenere vt p̄mittit̄. Que cum ad incrementũ fidei orthodoxe vtilitatēqꝫ eccleſie catholice/et totius populi xp̄iani ꝑtineant omnibꝫ chriſti fidem diligentibus grata plurimũ ⁊ accepta eſſe debent. Et qm̄ vt ſcriptum eſt ipſi Greci ꝓpter nōnullas cauſas poſtulant vt ſanctiſſimus dñs Eugenius papa quartus dictis capitulis ⁊ cōuentionibꝫ expreſſe ꝯſentiat ne ꝓpter hoc tantũ negligat̄ bonum/ ip̄m dñm Eugeniũ hec ſancta ſynodus cum oĩ charitate obſecrat et deprecat̄/ac per viſcera miſericordie Jeſu xp̄i cum quāta poteſt inſtantia exorat ac requirit vt in fauorem fidei ⁊ eccleſiaſtice vnitatis ꝓfatis capitulis et cōuentionibus ſynodali decreto approbatis et ratificatis per ſuas litteras more romane curie bullatas expreſſum aſſenſum prebeat. Datum in ſeſſione publica in eccleſia maiori Baſilieñ ſolenniter celebrata.vij. Jdus ſeptembris. Anno a natiuitate domini.M.cccc.xxxiiij.

¶Decreta de iudeis et neophitis in eadē ſeſſiōe promulgatũ

SAluatoris noſtri Jeſu chriſti ſequēs veſtigia. Hec ſancta Synodus illud gerit potiſſime in viſceribus charitatis vt omnes euangelicam veritatē agnoſcant et in ea poſtqꝫ agnouerint fideliter perſeuerent. Proinde vt iudei alijqꝫ infideles ad orthodoxam conuertant̄ fidem/ quiqꝫ ad ipſam conuerſi fuerint in illa conſtanter permaneant. His ſalubribus inſtitutis prouidere decernens. In primis ſtatuit vt omnes dyoceſani quoſdam in litteris diuinis bene eruditos aliquot vicibus annuatim deputent in locis vbi iudei aut alij infideles degunt ad predicandũ et explanandũ taliter catholice fidei veritatem/ vt ipſi infideles qui audiunt valcant ſuos errores recognoſcere/ad quam predicationē ſub penis tam commercij per fideles illis interdicendi quam alijs ad hec

oportunis Ipſos infideles cuiuſcunqꝫ ſexus in annis diſcretionis cō/
ſtitutos accedere compellant. Ipſi autez dyoceſani ac predicantes ita
ſe erga illos propitios ac charitate plenos exhibeant vt nō ſolum pro
palatione veritatis ſed et alijs humanitatis officijs ipſos chriſto lu/
crifaciant. Chriſtianos autem cuiuſcunqꝫ ſtatus aut dignitatis quo/
modolibet impedientes ne iudei ad huiuſmodi predicationem conue
niant aut arceantur notam fautorie infidelitatis incurrere ipſo facto
decernit. Ut autē hec predicatio eo ſit fructuoſior quo predicantes
habuerint peritiam linguarum omnibus modis ſeruari precipimus.
ꝯſtitutionē editam in concilio Viennē. de duobus docere debenti/
bus in ſtudijs ibidem expreſſis linguas hebraicam arabicam grecaꝫ
et caldeam / que vt efficacius obſeruetur rectores ipſorum ſtudiorum
inter alia que in aſſumptione rectoratus iurant. Hoc etiam addi vo/
lumus operam ſe pro ipſius conſtitutionis obſeruatione daturos.
In concilijs etiam illarum prouinciarum in quibus huiuſmodi ſtu/
dia conſtituta ſunt omnino diſponatur / vt hi qui predictas linguas
docturi ſunt ſtipendia debite percipere valeant. Inſuper ſacros cano
nes renouantes precipimus tam dyoceſanis q̄ꝫ poteſtatibus ſecula/
ribus / vt modis omnibus prohibeant / ne iudei aut alij infideles chri
ſtianos aut chriſtianas in familiares ſeu ſeruientes aut filiorum ſuo/
rum nutrices habeant / ac ne chriſtiani cum ipſis in eorum feſtiuitati/
bus nuptijs et conuiuijs aut balneis ſeu nimia conuerſatione commu
nicent. Aut medicos vel matrimoniorum proſonetas ſeu aliorum cō/
tractuum / mediatores de publico conſtitutos aſſumant. Ne alijs pu/
blicis preponant officijs / aut ad gradus quoſcunqꝫ ſcolaſticos ad/
mittant. Nec eis locentur predia vel alij redditus eccleſiaſtici / prohi/
beantur etiam libros eccleſiaſticos calices cruces ⁊ alia eccleſiaruꝫ or
namenta ſub pena perditionis rei emere aut pignori ſub pena ammiſ/
ſionis pecunie mutuate accipere. Sub grauibus quoqꝫ penis cogan/
tur aliquem deferre habitum per quem a chriſtianis euidenter diſcer/
ni poſſint. Quorum vt euitetur nimia conuerſatio in aliquibus ciui/
tatum opidorum locis a chriſtianorum cohabitatione ſeparatis ha/
bitare compellantur / et ab eccleſijs longius quantū fieri poteſt. Nec
diebus dominicis ⁊ alijs ſolēnibus feſtiuitatibus apotecas tenere a/
pertas vel in publico laborare p̄ſumant.

¶ De his qui volunt ad fidem cōuerti.

SI quis eorum ad fidem catholicam conuerti voluerit bo
na ſua quecunqꝫ habet mobilia et immobilia ei intacta il/
leſaqꝫ permaneant. Et ſi huiuſmodi bona ex vſura aut il/
licito queſtu fuerint acquiſita / ac note ſint perſone quibus
foret de iure reſtitutio facienda / quia non dimittitur pec/
catū niſi reſtituat̃ ablatum illis reſtitui omnino oportet. His vero ꝑ/
ſonis non extantibus / quia talia ꝑ manus eccleſie impios eſſent vſus

cōuertēda. Hec ſancta ſynodus vicem gerens vniuerſalis eccl'ie in fa/
uorem cōcedit ſuſcepti baptiſmatis tanq̄ꝫ in piū vſum apud ipſos re/
manere debere. Sub pena diuini anathematis tam eccleſiaſticis quā
ſecularibus interdicens vt nullā ſuper his quouis queſito colore mole
ſtiam inferant aut inferri patiantꝛ ſed magnū ſe feciſſe lucrū exiſtimēt/
dum tales xp̄i lucrati fuerint. Et qm̄ vt ſcriptū eſt qui habuerit ſubſtā/
tiam mūdi huius ⁊ viderit fratrē ſuum neceſſitatē habere ⁊ clauſerit vi
ſcera ſua ab eo quō charitas dei manet in ipſo. Si ipſi cōuerſionis tē/
pore inopes aut indigētes fuerint per viſcera miſericordie dei nr̄i om/
nes tam eccleſiaſticos q̄ꝫ ſeculares Hec ſancta ſynodus exhortatꝛ vt
ipſis cōuerſis manus porrigāt adiutrices. Ipſi quoqꝫ dyoceſani non
ſolum chriſtianos ad ſubueniendū illis exhortentꝛ. Sed tam de reddi
tibus eccleſiaruꝫ prout poterunt q̄ꝫ de his que ad pauperū vſus ꝑ ip/
ſos cōuertenda deuoluuntꝛ huiuſmodi neophitos ſuſtentare non negli
gant. Ipſoſqꝫ a detractoribus ꝯtumelijs paterna affectione defendāt
et qm̄ per gratiā baptiſmi ciues ſanctoꝝ et domeſtici dei efficiuntꝛ. Lō/
geqꝫ dignius ſit regenerari ſpiritu quaꝫ naſci carne. Hac edictali lege
ſtatuimus vt ciuitatū ⁊ locorū in quibus ſacro baptiſmate regeneran
tur priuilegijs libertatibus ⁊ immunitatibus gaudeāt que ratiōe dū/
taxat natiuitatis ⁊ originis alij conſecuntꝛ. Curent inſuꝑ ſacerdotes
baptizantes/ et hi qui de ſacrofonte ſuſcipiūt tam ante baptiſmum q̄ꝫ
poſt illos in articulis fidei/ ac legis noue p̄ceptis catholiceqꝫ eccleſie
ritibus diligēter inſtruere/ et tam ipſi quā dyoceſani operam dent/ ne
cum iudeis ſeu infidelibus saltē per longum tēpus penitus cōuerſen/
tur. Ne ſicut nouiter cōtingit ab infirmitate curatis modica occaſio
ad priſtinā ꝑditionē recidiuos efficiat/ et qm̄ experientia teſte mutuā
inter ſe neophitoꝝ cōuerſationē ipſos in fide noſtra fragiliores redde/
re ac ſaluti ipſoꝝ plurimū officere cōpertū eſt. Exhortatꝛ hec ſancta ſy/
nodus locoꝝ ordinarios vt quantū ꝓ incremēto fidei viderint expedi
re curent. Et ſtudeant neophitos ipſos cum originarijs xp̄ianis/ ma/
trimonio copulare ꝓhibeantur. Et hi neophiti ſub grauibus penis ne
mortuos more iudeoꝝ ſepeliant/ aut ſabbata aliaſqꝫ ſolennitates/ et
antique ſecte ritus quoquomō obſeruent. Sed ⁊ eccleſias ⁊ p̄dicatio/
nes noſtras prout alij catholici frequētent/ et in omnibꝫ ſe chriſtiano/
rū moribus cōformes reddant Cōtemptores aūt p̄dictoꝝ per ſacerdo
tes in quoꝝ parrochijs ſiti ſūt/ aut alios ad quos de iure vel antiqua
cōſuetudine de talibus inquirere ſpectat. Ac etiā per alios quoſcunqꝫ
dyoceſanis ſeu inquiſitoribus heretice prauitatis deferantꝛ. Et inuoca
to ſi opus fuerit auxilio brachij ſecularijs per eos taliter puniantꝛ qd̄ ⁊
alijs tranſeat in exemplū. De his omnibꝫ in concilijs ꝓuincialibus et
ſynodalibus diligēs fiat inquiſitio/ et taꝫ circa epiſcopos ⁊ ſacerdotes
in p̄miſſis negligētes q̄ꝫ ipſos neophitos ⁊ infideles p̄dictoꝝ contem
ptores oportunū adhibeatꝛ remediū. Si quis autē cuiuſcūqꝫ gradus

vel p̄eminentie hm̄oi Neophitos/ne ad obſeruationē ritus chriſtiani
ſeu alicui⁹ p̄miſſorū cōpellant̄ foueat atqꝫ defendat penas contra fau
tores hereticorum ꝓmulgatas ipſo facto incurrat Neophiti vero ſi ſe
corrigere poſt canonicā monitionē neglexerint quin ad vomitū iudai/
zantes redire comꝓti ſint contra eos tanqꝫ ꝑfidos hereticos ſm̄ ſacro
rum canonum inſtituta procedat̄. Si qua vero ipſis iudeis vel infi/
delibus indulta ſeu priuilegia per quoſcūqꝫ eccleſiaſticos ſeu ſeculares
cuiuſcūqꝫ ſtatus ſeu dignitatis/etiam ſi papalis vel imperialis exiſtat
cōceſſa iam ſint vel in futurum cōcedi contingat vergētia quoquomō
in detrimentū catholice fidei aut noīs chriſtiani ſeu quorūcūqꝫ p̄miſ/
ſorum/hec ſancta Synodus caſſa et irrita eſſe decernit Decretis ꝛ cō/
ſtitutionibus apoſtolicis/ac Synodalibus que ſuꝑ premiſſis ſunt cō/
dita in ſuo robore duraturis Et vt hm̄oi ſancte cōſtitutiōis iugis me
moria habeatur Et ne quiſꝗ̄ ipſi⁹ ignorantiā pretēdere poſſit Jubet
hec ſancta Synodus vt per ſingulas cathedrales et collegiatas ec/
cleſias/aliaqꝫ pia loca in quibus vberior eſt fidelium cōcurſus ſemel
in anno ad minus infra diuina promulget̄ Datum in ſeſſione publica
ipſius ſancti Synodi in eccleſia maiori Baſilien̄. ſolenniter celebrata
vij. Jdus ſeptembris. Anno a natiuitate dn̄i Mccccxxxiiij.

¶ Decretū de cōcubinarijs in ſeſſione viceſima promulgatū.

Acroſctā generalis ſyno=
dus Baſilien̄. in ſpirituſancto legitime congregata
vniuerſalem eccleſiā rep̄ſentans ad ꝑpetuam rei me
moriam Quicunqꝫ clericus cuiuſcunqꝫ ſtatus con
ditionis religionis dignitatis/etiam ſi pontificalis
vel alterius p̄eminentie exiſtat/qui poſt huius con/
ſtitutionis noticiā quā habere p̄ſumat̄ ꝑ duos mē/
ſes poſt publicationē eiuſdē in eccleſijs cathedralibus quā ipſi dyoce
ſani omnino facere teneant̄/ Poſtqꝫ eadem cōſtitutio ad eorum noti/
ciam ꝑuenerit fuerit publicus cōcubinarius a ꝑceptione fructuū omni/
um ſuorum beneficiorū triū menſium ſpacio ſit ipſo facto ſuſpenſus/
quos ſuus ſuperior in fabricam vel aliam euidentem eccleſiarū vtili/
tatem ex quibus hij fructus ꝑcipiunt̄ conuertat/ necnon et hm̄oi pu/
blicum cōcubinariū vt primū eſſe talem innotuerit/mox ſuus ſuperior
monere teneat̄/vt infra breuiſſimū terminū cōcubinā dimittat. Quā
ſi nō dimiſerit vel dimiſſam/aut aliā publice reſūpſerit Jubet hec ſan/
cta Synodus/vt ipm̄ ſuis omnibus beneficijs omnino priuet Et ni/
hilominus hij publici cōcubinarij vſqꝫquo cum eis per ſuos ſuperio/
res poſt ipſarum cōcubinarū dimiſſionē manifeſtamqꝫ vite emēdatio
nē fuerit diſpēſatū/ad ſuſceptionē quorūcūqꝫ honorū dignitatū bene/
ficiorū vel officiorū ſint inhabiles Qui ſi poſt diſpēſationē recidiuo vo
mitu ad hm̄oi cōcubinatū publicū redierint ſine ſpe alicui⁹ diſpēſatio/

nis ad p̄d[illegible]ta prorſus inhabiles exiſtāt Qđ ſi hij ad quos talium cor/
rectio ꝑtinet eos vt p̄dictū eſt punire neglexerint eorū ſuperiores tam i
ipſos de neglectu/ q̄ȝ in illos pro cōcubinatu modis omnibus digna
punitione animaduertant. In cōcilijs etiā prouincialibus et Syno/
dalibus aduerſus tales punire negligētes vel de hoc crimine diffama/
tos etiā ꝑ ſuſpenſionē a collatione beneficiorū vel alia cōdigna pena ſe/
ueriter procedat Et ſi hij quorū deſtitutio ad ſummū pontificem ſpe/
ctat per concilia ꝓuincialia aut ſuos ſuperiores propter publicū cōcu/
binatum reperiant priuatione digni ſtatim cū proceſſu inquiſitionis
ipſi ſummo pōtifici deferant Eadem diligentia ⁊ inquiſitio in quibuſ/
cunq̄ȝ capitulis generalibus et ꝓuincialibꝰ quo ad ſuos ſeruet penis
alijs contra p̄dictos et alios nō publicos cōcubinarios ſtatutis in ſuo
robore permāſuris. Publici aūt intelligendi ſunt nō ſolum hij quorū
concubinatus ꝑ ſententiā aut confeſſionem in iure factam ſeu ꝑ rei eui
dentiam que nulla poſſit tergiuerſatione celari notorius eſt Sed qui
mulierem de incōtinentia ſuſpectam et infamatam tenet et ꝑ ſuum ſu
periorem ammonitꝰ ipſam cum effectu nō dimittit. Quia vero in qui
buſdā regionibus nōnulli iuriſdictionē eccleſiaſticam habentes pecu/
niarios queſtus a cōcubinarijs ꝑcipere nō erubeſcunt patiēdo eos in
tali feditate ſordeſcere ſub pena maledictionis eterne precipit ne dein
ceps ſub pacto cōpoſitione aut ſpe alicuiꝰ queſtus talia quouiſmodo
tolerent aut diſſimulent alioquin vltra premiſſam negligentie penā
duplum eius quod ꝓpterea acceperint reſtituere ad pios vſus omnino
teneant et compellant Ipſas aūt cōcubinas ſeu mulieres ſuſpectas p̄
lati modis omnibus curent a ſuis ſubditis etiā ꝑ brachij ſecularis au
xilium ſi opus fuerit penitus excere. Qui etiā ex tali cōcubinatu ꝓcrea
tos filios apud patres ſuos cohabitare nō permittant/ Iubet inſuꝑ
hec ſancta Synodus vt etiā in predictis Synodis ⁊ capitulis hec cō/
ſtitutio publicet ⁊ quilibet ſuos ſubditos ad ipſarū cōcubinarū dimiſ/
ſionem moneat diligenter/ Iniungit p̄terea omnibus ſecularibꝰ viris
etiam ſi regali prefulgeant dignitate ne vllū qualecunq̄ȝ inferunt im/
pedimentū quocūq̄ȝ queſito colore p̄latis qui ratione officij ſui aduer/
ſus ſuos ſubditos ꝓ hmōi cōcubinatu ꝓcedūt. Et cū omne fornicatio
nis crimē lege diuina ꝓhibitū ſit/ ⁊ ſub peccati mortalis pena neceſſa/
rio euitandū/ Monet omnes laicos tā vxoratos q̄ȝ ſolutos: vt ſimili/
ter a cōcubinatu abſtineant Nimis enī reprehenſibilis eſt qui vxorē
habet et ad alienā mulierem accedit Qui vero ſolutus eſt ſi continere
nolit iuxta apl'i cōſiliū vxorem ducat/ pro huiꝰ aūt diuini obſeruatiōe
p̄cepti hij ad quos ꝑtinet tam ſalutaribꝫ monitis q̄ȝ alijs canonicis re
medijs omni ſtudio laborent.

¶ De excōicatis certo modo non vitandis.

AD vitandum ſcādala ⁊ multa pericula ſubueniendūq̄ȝ cōſcien
tijs timoratis Statuit ꝙ nemo deinceps a cōmunione alicuiꝰ

in ſacramētoꝝ adminiſtratione vel receptione aut alijs quibuſcūq; di
uinis vel extra p̄textu cuiuſcūq; ſententie aut cēſure eccleſiaſtice ſeu ſuſ
penſionis aut ꝓhibitionis ab hoīe vel a iure generaliter ꝓmulgate te/
neat abſtinere vel aliquē vitare aut interdictū eccleſiaſticū obſeruare
niſi ſententia ꝓhibitio ſuſpenſio vel cenſura huiuſmodi fuerint in vel
cōtra perſonā collegiū vniuerſitatē eccl'iam aut locū certum vel certā a
iudice publicata/ vel denunciata ſpāliter et exp̄ſſe/ aut ſi aliquē ita no/
torie excōicationis ſnīam cōſtiterit incidiſſe q̄ nulla poſſit tergiuerſa/
tione celari aut aliquo iuris ſuffragio excuſari/ Nā a cōmunione illi⁹
abſtineri vult iuxta canonicas ſanciones ꝑ hoc tamē hmōi excōicatos
ſuſpenſos interdictos ſeu ꝓhibitos nō intendit in aliquo releuare nec
eis quomodolibet ſuffragari.

## ¶De interdictis non leuiter ponendis

QUoniam ex indiſcreta interdictoꝝ ꝓmulgatione multa cōſue/
uerūt ſcādala euenire Statuit hec ſancta Synodus q̄ nulla ci/
uitas opidū caſtrū villa aut locus eccleſiaſtico ſupponi poſſint interdi
cto niſi ex cauſa ſeu culpa ipſorū locorū ſeu dominij ſeu rectoris vel of/
ficialiū ꝓpter culpā aūt ſeu cauſam alteri⁹ cuiuſcūq; priuate ꝑſone hu/
iuſmodi loca nequaq; interdici poſſint auctoritate quacunq; ordina/
ria vel delegata niſi talis ꝑſona prius fuerit excōicata ac denunciata
ſeu in eccleſia publicata ac dn̄i ſeu rectores vel officiales ipſorū locorū
auctoritate iudicis requiſiti hmōi perſonā excōicatam infra biduū in/
de cū effectu nō eiecerint aut ad ſatiſfaciendū cōpulerint/ qua etiā poſt
biduum eiecta recedente vel ſatiſfaciente mox diuina reſumi poſſint/
quod etiam impendentibus locū habeat.

## ¶Contra friuole appellantes.

VT lites citius terminent ſuꝑ eodem grauamine aut ſuꝑ eodem
interlocutoria vim diffinitiue nō habēte nullaten⁹ liceat ſecūdo
appellare Qōq; ante diffinitiuā friuole vel iniuſte appellās vltra cōdē
nationē expēſarū dānorū/et intereſſe i q̄ndecim florenis auri de came
ra parti appellate ꝑ appellationis Judicē cōdēnet. Datū in ſeſſiōe pu/
blica i eccleſia maiori Baſilieñ: ſolēniter celebrata. xi. Kalē. Februarij
Anno a natiuitate dn̄i Mccccxxxv.

## ¶Requiſitio

LEctis et ꝓnunciatis ſupraſcriptis decretis de mandato ſacri con
cilij per reuerendū patrē dn̄m Ep̄m lectoreñ: indite nationis Gal
licane ipſe reuerēdus pater dn̄s lectoreñ. Ep̄us requiſiuit omnes do/
minos archiep̄os/ ⁊ ep̄os in cōcilio et ſeſſiōe p̄dicta p̄ſentes: vt p̄dicta
decreta/ p̄ſertim de cōcubinarijs mittāt ad eccleſias ſuas et faciant ſo/
lenniter publicari Jtem q̄ archiepiſcopi hic exiſtentes mittant ſuffra/
ganeis ſuis abſentibus q̄ ſpecialiter publicent Jtem prelati qui ſūt ex
parte alicuius regni intiment p̄latis abſentibus Jtē q̄ ꝓcuratores ar
chiep̄orum et ep̄orū intiment iſta ſuis dn̄is.

¶Seſſio viceſima prima de annatis.

Sacroſctã generalis Synodus Baſilieñ. in ſpirituſãcto legitime cõgregata vniuerſalē eccleſiam repſentans/ad ppetuã rei memoriã In nomine ſpũſſãcti paracliti Statuit hec ſancta Synodus ꝙ tam in curia romana ꝗ̃ alibi pro ſeu in cõfirmatione electionũ admiſſiõe poſtulationũ pſentatione ꝓuiſione collatione diſpoſitione electione poſtulatione pſentatione/ etiã a laycis facienda inſtitutione inſtallatione/ ⁊ inueſtitura de eccleſijs etiã cathedralibus Metropolitanis monaſterijs dignitatibꝫ bñficijs officijſqꝫ eccleſiaſticis quibuſcunqꝫ necnõ ordinibus ſacra et benedictione ac pallio de cetero nihil penitus ante vel poſt exigatur ratione litterarum Bulle Sigilli annatarũ cõmuniũ et minutorũ ſeruitiorꝝ primorum fructuũ deportuũ/ aut ſub quocũqꝫ alio titulo colore vel nomine ptextu cuiuſuis cõſuetudinis priuilegij vel ſtatuti aut alia quauis cauſa vel occaſione directe vel indirecte Solũ ſcriptoribꝫ abbreuiatoribuſqꝫ et regiſtratoribꝫ litterarũ ſeu minutarũ ꝓ ipſorũ labore cõpetenti ſalario ſoluendo. Huic autē ſacro canoni Si quis exigendo dando vel ꝓmittendo contrarie pſumpſerit penam incurrat aduerſus ſymoniacos inflictã/ et in ipſis dignitatibus ac beneficijs taliter obtentis nullũ ius ac titulũ acquirat obligationes quoqꝫ ꝓmiſſiones cēſure ac mandata/ et quicquid huius ſaluberrimi decreti in piudicium fieri continget nullas obtinere vires atqꝫ irrita cenſeant̄ Et ſi qđ abſit romanus pontifex/ qui p ceteris vniuerſaliũ cõciliorũ exequi ⁊ cuſtodire canones debet/ aduerſus hãc ſancionē aliquid faciendo eccleſiam ſcãdalizet generali concilio deferat̄ Ceteri vero pro modo culpe iuxta canonicas ſanciones p ſuos ſupiores digna vltione puniant̄.

¶De pacificis poſſeſſoribus.

Qvicunqꝫ nõ violentus ſed habens coloratũ titulũ pacifice et ſine lite platurã dignitatē beneficiũ vel officiũ triennio ꝓximo hactenus poſſedit vel in futurum poſſidebit/ nõ poſſit poſtea in petitorio vel poſſeſſorio/ a quoquã etiam ratione iuris nouiter impetrati moleſtari: excepto hoſtilitatis caſu vel alterius legitimi impedimenti de quo proteſtari/ ⁊ illud iuxta conciliũ Vienneñ. intimare teneatur Lis autem hoc caſu quo ad futuras controuerſias intelligatur ſi ad executionem citationis Juriſqꝫ ſui in iudicio exhibitionem/ ac terminorũ omnium obſeruationem proceſſum fuerit Ordinarij autem diligēter inquirant ne quis ſine titulo beneficium poſſideat Et ſi talem quandocunqꝫ repererint declarent ius illi non cõpetere vel huic ſi ſibi videtur niſi ſit intruſus ſeu violentus aut alias indignus vel alteri idoneo prouideant.

# Seſſio viceſimaprima

¶Quomodo diuinū officiū in eccleſia ſit celebrādū.

SI quis principē ſeculi rogaturus habitu honeſto geſtu decenti ꝓlatione nō precipiti ſed diſtincta attenta quoqꝫ mente ſeipm̄ ac verba ſtudet cōponere Quāto diligentiꝰ in ſacro loco omnipotentem exoraturꝰ deū hec oīno facere curabit. Statuit igit̄ ſācta Synodus vt in cūctis cathedralibus ac collegiatis eccleſijs horas debitꝫ ſignis ꝯgrua pulſatione p̄miſſis laudes diuine ꝑ ſingulas horas nō curſim ac feſtinanter ſed aſiatim / ac tractim ⁊ cū pauſa decenti / p̄ſertim in medio cuiuſlibet verſiculi pſalmorū / debitā faciendo inter ſolenne ac feriale officiū differentiā / reuerenter ab omnibꝫ ꝑſoluant horas canonicas dicturi cū tunica talari / ac ſuppellitijs mundis vltra medias tibias longis / vel cappis iuxta temporū ac regionū diuerſitateſ eccleſias ingrediant̄ nō capucia ſed almucias vel birreta tenētes in capite / qui cum in choro fuerint grauitatē ſeruent / quā et locus et officiū exigunt nō inſimul aut cū alijs cōfabulantes ſeu colloquētes / aut litteras ſeu ſcripturas alias legentes / et cū pſallendi gratia ibidē cōueniant iuncta ac clauſa labia tenere nō debent Sed omnes p̄ſertim qui maiori fungunt̄ honore in pſalmis hymnis et canticis deo alacriter modulētur / cū dicit̄ Gloria patri et filio et ſpiritui ſancto oēs ꝯſurgant / cū nominatur glorioſum illud nomen ieſus in quo omne genu flectit̄ celeſtiū terreſtrium et infernorū omnes caput inclinēt. Nemo ibidem dū hore in cōmuni publice cantant̄ legat vel dicat priuatim officium Nā nō ſolū obſequiū quo obnoxius eſt choro ſubtrahit ſed alios pſallentes ꝑturbat ſuper hijs debite obſeruandis alijſqꝫ ad diuini officij proſecutionē et chori diſciplinā ſpectantibꝰ decanus vel cui onus incūbit diligēter inuigilet hincinde ne quid inordinate fiat circūſpiciens / horū aūt trāſgreſſores illius hore in qua circa p̄dicta exceſſerint vel alia maiori prout tranſgreſſionis grauitas exigit plectent̄ pena.

¶Quo tempore quilibet debet eſſe in choro.

QUi in matutinis ante finē pſalmi Venite exultemus / in alijs horis ante finē primi pſalmi / in miſſa ante vltimuꝫ kyrieleyſon vſqꝫ ad finē diuino officio nō interfuerit niſi forte neceſſitate cogēte ac petita ⁊ obtenta a p̄ſidente chori licentia diſcedere opteat pro illa hora abſens cenſeatur ſaluis eccleſiarū conſuetudinibꝰ ſi que forte circa hoc artiores exiſtant. Idem in his obſeruet̄ qui a principio vſqꝫ in finē in proceſſionibꝰ non ꝑmanſerint ꝓ cuiꝰ executione deputet̄ aliquis onus habens notandi perſonas ſingulas ſtatuto tēpore nō cōuenientes iuramento aſtrictus agere fideliter et nulli parcere. Iubet etiā hec ſancta Synodus qđ in alijs eccleſijs in quibus ſingulis horis certe diſtributiones ſtatute nō ſunt oīno etiā de groſſis fructibus ſi opus ſit deputent̄ vt iuxta menſurā laboris plus minus ve quiſqꝫ capiat emolumenti tollens prorſus abuſum illū quo in vna dūtaxat hora p̄ſens totius diei diſtributiones vſurpat et illū quo prepoſiti vel decani aut

alij officiales ex hoc ſolū ꝙ officiales ſunt licet actualiter ꝓ vtilitate ec-
cleſie nō abſint quotidianas diſtributiones ꝑcipiunt.

¶ Qualiter hore canonice extra chorū dicende ſunt.

Quoſcunqȝ etiā alibi beneficiatos ſeu in ſacris cōſtitutos cū ad
horas canonicas teneant / admonet hec ſācta Synodus ſi ora-
tiones deo acceptas fore cupiūt vt nō in gutture vel inter dētes ſeu de-
glutiendo aut ſincopādo dictiones nec colloquia vel riſus intermiſcen-
do ſed ſiue ſoli ſiue aſſociati diurnū nocturnūqȝ officiū reuerenter ver-
biſqȝ diſtinctis ꝑagāt / ac tali in loco vnde a deuotione non retrahant
ad quā ſe diſponere et ꝓparare debent Iuxta id qd̄ ſcriptū eſt ante ora-
tionē ꝓpara aīam tuā ne ſis quaſi qui temptat deum.

¶ De hijs qui tēpore diuinorū vagantur per eccleſiam.

Quicūqȝ in eccleſia beneficiatus ꝑſertim de maioribꝫ diuinorꝫ
tpe per eccleſiā vel foris circa ipſam deambulando aut cū alijs
colloquēdo vagari viſus fuerit nō ſolū illius hore / ſed totius diei ꝑſen-
tiā ipſo facto amittat. Qui ſi ſemel correctus nō deſtiterit ꝑ menſem
diſtributionibꝫ careat / vel grauiori ſi ꝑtinacia exegerit pena ſubiace-
at ita vt tandem deſiſtere cogat / ꝓhibeat etiā ne diuina officia tumul-
tuoſi quorūcūqȝ ꝑ eccleſiā diſcurſus impediant aut ꝑturbent / regula-
res qui in cōuentualibus eccleſijs circa predicta exceſſerint graui pe-
na ſuperiorum arbitrio caſtigentur.

¶ De tabula pendente in choro.

Vt cūcta in domo dei ordinate ꝓcedant / et quilibet ſciat quid ſi-
bi agendū imminet ſtatuat tabella aliqua continue pendens in
choro In qua quid ꝑ vnūquēqȝ ex canonicis vel alijs beneficiatis in
ſingulis horis ꝑ hebdomadā aut maius tēpus legēdū cātandūve ſit.
Qui aūt ſcd̄m ꝙ ibi deſcriptus fuerit facere per ſe vel aliū neglexerit ꝓ
qualibet hora diſtributiones vniꝰ diei amittat.

¶ De hijs qui in miſſa nō cōplent credo vel cātāt cātilenas
vel nimis baſſe miſſam legunt aut ſine miniſtro.

Abuſum aliquarū eccleſiarū in quibus credo in vnū deuꝫ qd̄ eſt
ſymbolum et cōfeſſio fidei noſtre / nō cōplete vſqȝ ad finē cātat /
aut ꝑfacio ſeu oratio dn̄ica obmittit: vel in eccleſijs cantilene ſeculares
voce admiſcent ſeu miſſa etiā priuata ſine miniſtro / aut ꝓter ſecretas
orationes ita ſubmiſſa voce dicit ꝙ a circūſtantibus audiri nō poteſt
abolentes Statuimꝰ vt qui in hijs tranſgreſſor inuentus fuerit a ſuo
ſuperiori debite caſtigetur.

De pignorantibus cultum diuinum.

Abuſum etiā illā cultui diuino manifeſte derogantem quo non-
nulli eccleſiarum canonici contrahentes debita ſic ſe creditoribꝫ
obligant / vt niſi ſtatuto tempore ſatiſfaciāt a diuinis ceſſetur officijs
abolentes / et obligationem huiuſmodi etiā ſi iureiurādo firmata ſit
irritam decernentes Statuimus vt qui talem illicitum contractum

fecerint triū menſium fructus ipſi eccleſie applicādos ipſo facto amittāt Et q̄ꝫdiu diuina nō reſūpſerint nullos ex ipſa eccleſia ꝓuēt⁹ ꝑcipiāt

¶De tenentibus capitula tēpore miſſe.

PRohibet hec ſācta Synod⁹ vt tp̄e miſſe maioris p̄ſertim diebus ſolennib⁹ capitula ſeu actus capitulares aut aliȷ̄ tractatus ꝑ canonicos nō celebrent/ Niſi forte vrgens et euidens ingruerit neceſſitas. Qui vero ad talem horā capitulū indixerit a diſtributionib⁹ quotidianis ꝑ hebdomadā ſit ſuſpenſus/ neq̄ꝫ ipſi canonici pro illa hora ipſas diſtributiones lucrent.

¶De ſpectaculis in eccleſia non faciendis.

TUrpem etiā illū abuſum in quibuſdā frequētatū eccleſiȷ̄s quo certis annis celebritatib⁹ nōnulli cū mitra baculo ac veſtib⁹ pōtificalibus more epiſcoporum benedicunt/ aliȷ̄ vt reges ac duces induti quod feſtū fatuorum vel innocentū ſeu puerorū in quibuſdam regionibus nuncupatur/ aliȷ̄ laruales ac theatrales iocos/ aliȷ̄ choreas et tripudia mariū ac mulierum faciētes homines ad ſpectacula ⁊ cachinationes mouent/ aliȷ̄ comeſſationes et conuiuia ibidē p̄parant/ hec ſancta Synodus deteſtans ſtatuit et iubet tam ordinariȷ̄s q̄ꝫ eccleſiarum Decanis/ et rectoribus ſub pena ſuſpenſionis omniū prouentuū eccleſiaſticorum trium menſium ſpacio/ nec hec aut ſimilia ludibria/ nec etiam mercantias ſeu negociationes nundinarum in eccleſia que domus orationis eſſe debet/ ac etiam cimiterio exerceri amplius permittant Tranſgreſſoreſq̄ꝫ per cenſuram eccleſiaſticam aliaq̄ꝫ iuris remedia punire non negligant. Omnes autem cōſuetudines ſtatuta ac priuilegia que hiȷ̄s non cōcordāt circa hec decretas niſi forte maiores adiȷ̄cerent penas irritas eſſe hec ſancta Synodus decernit. Datum in ſeſſione publica in eccleſia maiori Baſilieñ. ſolenniter celebrata die Jouis nona menſis Juniȷ̄ Anno domini Milleſimoquadringenteſimotriceſimoquinto.

¶Seſſio viceſimaſecunda de condemnatione libelli.

SAcroſancta generalis ſynodus Baſilieñ. in ſpiritu ſancto legitime cōgregata vniuerſalē eccleſiam repreſentans ad ꝑpetuā rei memoriā. Cum inter cetera pietatis opera ad conſeruandam fidei catholice veritatem extirpandoſq̄ꝫ errores et hereſes: hec ſancta Synodus potiſſime conuenerit noſtre ſollicitudinis precipuū ſtudium eſt illico vt pullulare aliquid nouerimus quod fidei chriſtiane puritatem offendere et ſplendorem luminis in mentibus fidelium quomodolibet obnubilare poſſit penitus reſcindere/ agrumq̄ꝫ dominicum a noxiȷ̄s zizaniȷ̄s et vepribus cū omni diligentia expurgare. Proinde quēdam libellum editum a magiſtro Auguſtino vulgariter dicto d̉ roma

archiepiſcopo Nazareno. Cuius ꝑmus tractatus de ſacramēto vnita
tis chriſti ⁊ eccleſie ſiue de xp̄o integro intitulaꝛ. Secūdus de chriſto
capite ⁊ eius inclito ꝑncipatu. Alius de charitate chriſti circa electos ⁊
eius infinito amore tanq̄ȝ nō ſanam ⁊ erroneā in fide doctrinā cōtinen
tem cum ſuis defenſorijs damnat ⁊ reprobat. Et potiſſime ſcādaloſaȝ
illam aſſertionē erroneā in fide in ipſo libello cōtentā / quam pie fideli
um aures ſine horrore audire nō poſſunt videlicȝ chriſtus quotidie pec
cat / ⁊ ex quo fuit chriſtus quottidie peccauit / quāuis de capite eccleſie
chriſto Jeſu ſaluatore noſtro dicat ſe non intelligere ſed ad mēbra ſua
que cū chriſto capite vnum eſſe xp̄m aſſeruit intelligentiā eius eſſe refe
rendā dicat. Necnō ⁊ ꝓpoſitiones iſtas ⁊ eis in ſententia ſimiles quas
in articulos damnatos in ſacro Conſtantieñ. cōcilio incidere declarat
videlicet nō oēs fideles iuſtificati ſunt membra chriſti / ſed ſoli electi fi-
naliter in ꝑpetuum regnaturi cum xp̄o. Secundū ineffabilē ꝓſcientiaȝ
dei ſumunꝛ membra xp̄i / ex quibus cōſtat eccleſia que tamē nō con-
ſtat niſi ex eis qui ſecundū ꝓpoſitum electionis vocati ſunt / nō ſufficit
chriſto vniri vinculo charitatis vt aliqui efficianꝛ membra xp̄i. Sed
requiriꝛ alia vnio / has etiā que ſequūꝛ. Humana natura in chriſto ve
re eſt chriſtus / humana natura in chriſto eſt ꝑſona xp̄i. Ratio ſuppoſi-
talis determinans humanā naturā in chriſto nō realiter diſtinguiꝛ ab
ipſa natura determinata. Natura humana in chriſto ꝓcul dubio eſt ꝑ-
ſona verbi / ⁊ verbū in chriſto natura aſſumpta eſt realiter ꝑſona aſſu-
mens. Natura humana aſſumpta a verbo ex vnione ꝑſonali eſt veraci
ter deus naturalis ⁊ ꝓprius chriſtus ſecundū voluntatē creatā tantū
diligit naturā humanā vnitam ꝑſone verbi quātū diligit naturā diui-
naȝ. Sicut due ꝑſone in diuinis ſunt equaliter diligibiles. Jta due na
ture in chriſto humana ⁊ diuina ſunt equaliter diligibiles ꝓpter perſo
nam cōmunē. Anima xp̄i videt deum tam clare ⁊ intenſe quātū clare
⁊ intenſe deus videt ſeipſum. Quaſquidē ꝓpoſitiones ⁊ alias ex eadeȝ
radice ꝓcedentes / in p̄dicto libro cōtentas tanq̄ȝ erroneas in fide dam
nat / et reprobat hec ſancta ſynodus. Ne igitur per huiuſmodi doctri-
nam in errorē quempiā fideliū prolabi cōtingat diſtricte precipit. Ne
quiſq̄ȝ prefati libelli doctrinā / ⁊ p̄ſertim ſupraſcriptas ꝓpoſitiones vt
p̄mittitur damnatas ⁊ reprobatas / ac etiā eius tractatus defenſorios
docere p̄dicare defendere aut approbare p̄ſumat. Eos autem qui ſecus
egerint tanq̄ȝ hereticos / et alias animaduerſione canonica puniēdos
decernit. Jn nullo autē per hec derogare intendit / dictis aut ſcriptis
ſanctoꝝ doctoꝝ in p̄nominatis materijs loquentiū quinimo / ea reci-
pit ⁊ amplectiꝛ iuxta eorum veram intelligentiā per eos aut alios ca-
tholicos doctores in theologia ſcola cōmuniter expoſitā ⁊ declaratam
Nec per hanc ſentētiā perſone p̄fati auctoris p̄iudicare intendit hec ea
dem ſancta Synodus. Quia ſi debite vocatus fuerit cauſas tamē ab
ſentie allegauit / et in aliquibꝫ ſuis ſcriptis / et alias doctrinā ſuā deter

minationi eccleſie ſubmiſit. Ceterū hec ſancta ſynodus mandat ⁊ pci,
pit omnibus archiepis Epiſcopis cancellariis vniuerſitatū ⁊ inquiſi
toribus heretice prauitatis/ ad quoꝝ ſpectat officiū/ quatenus diligē
tiam ſolertē adhibeant/ et ꝓuideant/ ne aliqui dictos librū et libellos
defenſorios habeant aut preſumant penes ſe cōſeruare aut tenere/ im
mo ipſos p̄dictis aſſignare habeant vt de illis faciant ꝓut iura diſpo,
nunt/ alias cōtra tales canonica animaduerſione ꝓcedatur. Datū in
ſeſſione publica in eccl'ia maiori Baſilieñ. ſolēniter celebrata idus octo
bris. Anno a natiuitate dñi. M. cccc. xxxv.

¶Seſſio viceſimatertia de electione ſummi pontificis.

SAcroſancta generalis ſy=
nodus Baſilieñ. in ſpiritu ſancto legittime cōgrega
ta vniuerſalē eccleſiā repreſentās. Ad perpetuam rei
memoriā. Quoniā ſalus populi paſtor bonus meri
to hanc ſanctā ſynodū quantū pro humane legis fi,
eri poteſt induſtriā niti decet/ vt romanus pontifex
qui gregis dñici p̄mus ⁊ ſummus eſt paſtor talis fi
at taliſqꝫ ꝑſeueret/ qui cunctarū animarū ſaluti ac totius chriſtiani or
bis vtilitati ꝓuideat/ et tanto officio digne ſatiſfaciat ꝓinde cōſtituti,
ones tam ſacroꝝ conciliorū qꝫ ſummoꝝ pontificū/ ſuper romani ele,
ctione pontificis editas innouās hec ſancta ſynodus ⁊ eis quedā ſalu
bria adiiciens. Statuit vt quotienſcūqꝫ ſedem apoſtolicā vacare con,
tigerit ſancte romane eccleſie cardinales p̄ſentes in loco quo ſummi
pontificis electio celebrāda eſt decima die poſtqꝫ ſedes vacauerit om,
nes in capellā aliquā vel locū prope cōclaue cōueniant. Inde p̄cedente
cruce bini cū deuotione cantādo. Veni creator ſpiritus. Incedētes lo,
cum cōclauis ingrediant. Quo non niſi duos familiares neceſſarios
quilibet introducat Cerimoniarū autē gratia duo clerici quoꝝ ſaltem
vnus ſit notarius etiā admitti poſſint. Camerarius vero cū his q̄bus
ꝯclauis cuſtodia cōmiſſa fuerit curet ne quis preter p̄dictos conclaue
ingrediat. Ipſe autē poſt ingreſſum cardinaliū clauſis foribus cuꝫ de
putatis intret ⁊ ſingulorū cardinaliū cellas diligēter ꝑquirat. Excep,
tiſqꝫ infirmoꝝ aut debiliū medicinalibus ſi qua ibidē victualia vel con
fectiones reperiant ammoueat. Exiens inde claudenſqꝫ ꝯclauis oſtiū
cuſtodiā ſollicite obſeruet/ ac ſingulis diebus Libaria que cardinali
bus deferunt accurate perquirat/ nec introferri ꝑmittat niſi q̄ ꝓ mo,
derata refectione neceſſariū videat decretis huius ſacri cōcilii ꝓmul,
gatur in quarta ⁊ ſeptima ſeſſionibus in ſuo robore firmiter perman
ſuris. Sequenti die cardinales oēs coram his qui in cōclaue fuerint
audita miſſa de ſācto ſpū ſacrā ſumāt Euchariſtiā. Et anteqꝫ ſcrutiniū
inchoent/ ante poſitis ſctis euāgeliis iurent ſuꝑ hac forma. Ego. N.
cardinalis iuro ⁊ ꝓmitto omnipotēti deo patri ⁊ filio ⁊ ſpiritui ſancto/

ac beato Petro apoſtoloꝝ pncipi eum eligere in pontificē quē credaꝫ eccleſie vniuerſali in ſpiritualibꝫ ⁊ tēporalibus vtilem ⁊ tante dignitati idoneū/nec illi vocem dare quē veriſimiliter ſciuero ꝓmiſſione aut datione alicuius rei tēporalis ſeu p̄ce ꝑ ſe vel alium interpoſita aut alias q̄litercunqꝫ directe vel indirecte pro ſe electionē ꝓcurare. Electoqꝫ in pontificē nō prius obedientiā facere quā iuret iuxta formam decreti ſacri Baſilieñ. cōcilij ita me deus adiuuet cui in die tremēdi iudicij redditurus ſum de hoc iuramēto/et cunctis operibus meis rationē poſt hec quilibet eorū cedulā dabit In qua vltra tres nō nomīet inter quos ſi vltra vnum nominauerit/aliquis ſit extra cardinaliū collegiū neqꝫ vna die niſi vnum fiat ſcrutiniū ⁊ immediate poſt miſſam. Lectis cedulis niſi duarū partiū in vnum vota cōcurrant mox cōburanť. Ante autē ſex cōpleta ſcrutinia acceſſus ad quēquā fieri nō poſſit. Recogitēt eo tēpore cardinales/et attenta mēte cōſiderēt q̄ꝫtum ſibiipis meritū vel demeritū q̄ꝫtumqꝫ populo chriſtiano fructū vel preiudiciū bonum vel malū eligendo pontificem facturi ſunt. In nulla prefecto re magis dn̄i noſtri Ieſu xp̄i gratiā vel iram aſſequi poſſint/q̄ꝫ cum de vicario eius ſuis p̄ficiendo ouibus agitur quas ita dilexit vt pro ipſis ⁊ mori ⁊ crucis tormentū pati dignatus fuerit.

## ¶ De profeſſione eiuſdē ſummi pontificis.

STatuit ſancta Synodus vt electus in papā electioni de ſe facte per infraſcripti modi expreſſionē cōſentire teneať. Quā expreſſionē ſi p̄ſens in curia per cardinales vel extra per eoꝝ aliquē vel aliū ab ipſis ad hoc habentē mandatū. In p̄ſentia notarij ⁊ decem ſaltē ꝑſonarū p̄ſentata ſibi electione requiſitus infra diem naturalē ab hora requiſitiōis nō fecerit electio ſua ꝓ infecta habeať. Et ad aliā in noīe dn̄i cardinales ꝓcedere teneanť. Exp̄ſſo aūt vt p̄dicť hmōi cōſenſu cardinales eidē vt ſūmo pōtifici mox obediētiā debitā exhibeāt poſtq̄ꝫ vo ꝑ cardinales obediētia p̄ſtita fuerit nulli de ei⁹ pōtificatu ābigere phas ſit.

## ¶ Forma conſenſus.

IN nomine ſancte ⁊ indiuidue trinitatis patris ⁊ filij ⁊ ſpūs ſancti Ego. N. electus in papā om̄ipotēti deo cuius eccleſiā ſuo p̄ſidio regendā ſuſcipio/et beato Petro aplo̓ꝝ p̄ncipi corde ⁊ ore cōfiteor ⁊ ꝓfiteor q̄ quādiu in hac fragili vita conſtitutus fuero me firmiter credere ⁊ tenere fidem catholicā ſcd̄m traditionē aplo̓ꝝ generaliū cōciliorꝝ ⁊ alioꝝ ſctōꝝ patrū. Maxime aūt ſctōrū octo cōcilioꝝ vniuerſaliū videlicet p̄mi Niceni: ſecūdi ꝯſtātiopolitani/tertij Epheſini p̄mi ⁊ quarti calcedoneñ. quinti ⁊ ſexti. Itē cōſtantinopolitani ſeptimi. Itē Niceni octaui quoqꝫ ꝯſtātinopolitani. Necnō lateraneñ. lugduneñ. vienneñ. conſtantieñ. et baſilieñ. generaliū etiā cōciliorū/et illā fidē vſqꝫ ad vnū apicem immutilatā ſeruare ⁊ vſqꝫ ad aīam ⁊ ſanguinē defendere ⁊ p̄dicare ritūqꝫ pariter ſacramentoꝝ eccleſiaſticoꝝ eccl̄ie traditū omnimode ꝓſequi ⁊ obſeruare. polliceor etiā fideliter laborare ꝓ tuitione fidei

catholice/ ꝛ extirpatione hereſum ꝛ erroꝝ reformatione moꝝ ac pace
in ppl'o xpiano. Juro etiã ꝓſequi celebratione cõcilioꝝ generaliũ/ ꝛ cõ,
firmatione electionũ. Juxta decreti ſacri Baſilieñ. ꝯcilij/ hãc aũt ꝓfeſ,
ſione mea manu ſubſcripſi ꝛ tibi oipotẽti deo cui in die tremẽdi iudicij
redditur⁹ ſum de hoc ꝛ cũctis opib⁹ meis ratione pura mẽte ſup alta/
re offero quã in ꝑmo publico ꝯſiſtorio ſolẽniter repetã. Ne lapſu tpis
hec tã ſalubris inſtitutio de mẽoria ſũmi põtificis elabat̃ ſingulis an,
nis die quo anniuerſariũ celebrat̃ electiõis vel coronationis ſue intra
miſſarũ ſolẽnia ꝑm⁹ cardinalis q̇ ibidẽ affuerit publice ꝛ alta voce corã
ſũmo põtifice legat ſic. Sanctiſſime pater attẽdat ſanctitas tua ꝛ di
ligẽter cõſideret ꝓmiſſionẽ hanc quã die electiõis tue deo feciſti/ poſtea
eã legẽs in fine dicat. Curet igit̃ ſanctitas tua ꝓ honore dei ꝛ ſalute aie
tue/ et vtilitati vniuerſalis eccl'ie ꝑdicta oia ꝓ virib⁹ obſeruare bona fi
de ſine dolo ꝛ fraude. Recogites etiã cuius vicẽ geras in terris illius
videlʒ/ q̇ aiam ſuã ꝓ ouib⁹ ſuis poſuit/ qui ter anteq̃ʒ oues ſuas beato
Petro cõmitteret petijt an ipm diligeret/ quiqʒ ſicut iuſtus iudex/ et
quẽ nullũ latet ſecretũ rõnẽ exiget a te de oibus vſqʒ ad minimũ q̃dran
tẽ. Memineris q̃d btũs Petrus alijqʒ ſibi ſuccedẽtes põtifices fece,
rũt/ q̇ nil aliḋ cogitabãt niſi honorẽ dei ꝓpagationẽ fidei publicũ eccl'ie
bonũ ſalutẽqʒ ꝛ vtilitatẽ filioꝝ ſuoꝝ/ ꝛ tandẽ imitãtes magr̃m ꝛ dñm
aias ſuas ꝓ ſibi cõmẽdatis ouib⁹ exponere nõ dubitarũt/ noli tibi aut
tuis theſaurizare in terris vbi tinea ꝛ erugo demolit̃ vbi fures ꝛ latro
nes effodiũt/ ſed theſauriza tibi in celis. Non ſis acceptor ꝑſonarũ nec
ſãguinis nec patrie aut natiõis oẽs filij dei ſũt/ ꝛ tue cure ac cuſtodie
pariter cõmiſſi dicas exẽplo xpi. Qui fecerit voluntatẽ patris mei q̇ eſt
in celis/ ille meus frater mater ꝛ ſoror eſt. Jn diſtribuẽdis dignitatib⁹
ꝛ bñficijs nõ carnẽ nõ munera nõ q̃d aliud tꝑale/ ſed ſolũ deũ ꝛ virtu/
tes atqʒ hominũ merita tibi ꝑponas Jn corrigẽdis exceſſibus eccl'iaſti
cã exerce diſciplinã/ memor quã gratiã phinees quãve penã heli alter
iniurias dei vlciſcẽdo/ alter diſſimulãdo meruerũt. Paupes aũt ac mi
ſerabiles ꝑſonas defende Juua ꝛ ſuſtẽta ad oẽs aũt paternã habe cha/
ritatẽ. Poſt expleta coronatiõis ſolẽnia ac ſingulis annis poſt electio
nis anniuerſariũ cũ fratrib⁹ ſuis octo ſaltẽ cõtinuis dieb⁹ ſumus pon
tifex vigili cura ꝑtractet/ exequi q̇ tam ſolẽniter deo pollicitus eſt. Jn
ꝑmis igit̃ ꝑſcrutet̃ in qua orbis pte xpiana religio vexat̃ a Turcis ſar,
racenis. Tartar/ ꝛ alijs ĩfidelib⁹. Jn qua regiõe viget hereſis ſciſma
vel quelibet ſupſtitionis ſpecies. Jn quib⁹ ꝓuincijs mores ꝛ diuinorũ
obſeruãtia mãdatoꝝ rectaqʒ viuẽdi norma tam in ſtatu eccl'iaſtico q̃ʒ
ſeculari dilabunt̃ vbi etiã libertas eccl'iaſtica cõculcat̃. Jnter quos re,
ges ꝑncipeſqʒ ꝛ ppl'os vigẽt odia vel bella vel belloꝝ metus/ ꝛ vbiqʒ ſi
cut pius pater cũ fratrib⁹ ſuis remedijs oportunis diligẽter ꝓuidere ſtu
deat. His vniuerſalib⁹ expeditis negotijs ad ea q̃ ꝓximiora ſunt manũ
apponẽs mox domũ familiã ꝛ curiã romanã vbi ꝯputnecceſſariũ fuerit

exemplariter cōponere veraciterqꝫ reformare incipiat/ et tā circa ma/
gnos ꝗꝫ paruos inquirens et inquiri faciēs quicquid emendatione di/
gnū repererit corrigere nullatenuſ differat aut diſſimulet/ ſciēs duplex
eſſe pctm̄ vnū qđ ibi ꝑpetrat/ aliud longe grauius qđ inde ſequit/ qc/
quid enī ibidē agit facile trabit in exemplū Unde fit vt langueſcēte ca
pite reliquū poſtea corpus morbus inuadat/ pontificalis domꝰ ac cu
ria tanqꝫ ſpeculū mūdū eſſe debet. In quo omnes ꝓſpicientes ad eiꝰ
exemplum ſe cōponāt et viuāt/ ꝓinde ab ea penitus diſſipet et euellat
quicquid ſymoniace labis/ quicquid cōcubinarie ſordis/ quicquid de
niqꝫ vel deū offendere vel homines ſcandalizare pōt. Curet ne officia
les ꝑperam officia ſua adminiſtrēt nequaqꝫ grauent nec ꝑ concuſſio/
nē aut illicite quicquā extorqueāt Et vt hij qui officialibus ꝓpoſiti ſunt
in ipſorū exceſſus inultos nō patiant/ neminē ꝑmittāt veſtibus ⁊ colo
ribus ꝑ ſacros canones ꝓhibitis vti. Clerū romanū qui ſibi principali
ter ⁊ imediate ſubiectꝰ eſt principaliter in omni eccleſiaſtica honeſtate
reformet/ Et ꝓſertim vt cultꝰ diuinus in eccleſijs vrbis cū ea qua de/
cet veneratione/ et diſciplina obſeruet. populū quoqꝫ vrbis que pecu/
liaris eius eſt parrochia doceat inſtruat et in via ſalutis dirigat/ impe
ret cardinalibus vt titulos ac parrochias ſuas ꝓut eorū incūbit offi/
cio viſitēt et reformēt/ ꝓlatū aliquē magne ſciētie ꝓbateqꝫ et exempla
ris vite in vrbe vicariū cōſtituat qui vice ſua cleri et ppl'i epalem curā
gerat de quo an oneri ſuo diligenter incūbat ſepe perquirat. Poſt hec
cū eiſdem fratribus de tēporalitate eccleſie romane bene ſalubriterqꝫ
regenda accurate cogitans prouideat vt prouincie ciuitates opida ca
ſtra terre ipſi eccleſie ſubiecte iuſte ac pacifice gubernentur/ tali quidē
moderamine vt inter regimen eccleſiaſticorum ac ſecularium princi/
pum/ ſic diſtet ſicut inter patrem et dominū/ non queſtui ſed protecti/
oni ac tutele intendat/ ⁊ paterna charitate cunctos fouens nō tam ſub
ditos ꝗꝫ filios exiſtimet/ Et quoniā ſpiritualem temporalēqꝫ ipſoruꝫ
curam habet inuigilet omnes partialitates ac ſeditiones inde ammo/
uere ꝓſertim gwelforū et gebellinorū/ et quecūqꝫ hijs ſimilia ꝑnicioſa
nomina animas corporaqꝫ pariter ꝑimentia oēm det operā penis ſpi
ritualibus et temporalibus/ et quibuſcūqꝫ poteſt modis ſublatis in/
de cunctis diſſentionū fomentis eos vnanimes ad deuotionē eccleſie
cōſeruare. Ad regendū ꝓuincias ac ciuitates principales deſtinet car/
dinales vel prelatos integre et incorrupte fame quos non inhyare pe/
cunijs ſed iuſticie ac paci ſubditorum intendere veriſimile ſit quorum
legatio biennio aut ad plus triennio elapſu expiret. Et quia dignuꝫ eſt
vt quilibet ſue villicatōis rationē reddat deputet expleta legatione ali
quis vel aliqui inſignes viri qui ſue adminiſtrationis rationē/ necnō
querelas ac petitiones ꝓuincialiū audiāt ⁊ iuſticiā exhibeāt/ et qđ ipſi
facere comode nequeunt pape deferant/ qui omnino geſta eoruꝫ ſcire
ſtudeat/ ⁊ ſi quid illicite ꝑpetraſſe ipſos cōſtiterit nullatenus inultum

dimittat: vt et ſucceſſores ſui que nõ licent ſuo exemplo facere reformident. Et ne officiales manus forſitan ad illicita apponãt cõpetens ſalarium vnde viuere honeſte poſſint eis cõſtituatur. Sepe etiã ſummus pontifex inquirat quõ tam legati gubernatores et commiſſarij quã romane eccleſie vicarij ac feudatarij ſubditos regunt/ et an nouis gabellis/ ⁊ exactionibus grauẽt/ quicq̃d autẽ auſteritatis ſeu iniuſti oneris ſuꝑ ceruices ſubditoꝝ fieri cognouerit nequaquã tolleret pati enim impiũ eſt vt hi quos papa ꝑ ſe paterne regeret per alios tyrannice tractent. Statuta ⁊ cõſtitutiones antiquas quibꝫ ꝓuincie ac terre ſalubriter regi cõſueuerũt inuiolata ſeruari faciat/ ꝙ ſi qua poſtea irrationabiliter/ vel ad emulationẽ ſeu parcialiter edita ſint cauſa cognita retractent ⁊ reforment. Infra annũ ab electionis die romanus põtifex ad ſe oratores ſeu ꝓcuratores ꝓuinciarũ ac ꝑncipaliũ ciuitatũ eccleſie romane accerſiat/ et oſtẽdẽs erga eos paterne charitatis affectũ ab ipſis de ſtatu ⁊ cõditione patriarũ/ et queãdmodũ ꝑdeceſſores ſui tẽpore recti ſunt. Num etiã aliquo iniuſto grauent onere/ et quid pro ſalubri ipſoꝝ regimine faciendũ ſit ꝑſcrutetur/ et tandẽ in omnibꝫ vtilitati ⁊ idẽntitati ipſoꝝ ac bono publico prouiſione remedia tanq̃ filijs adhibeat/ hoc idem ſaltem de biennio in bienniũ repetere non pigeat. Inter cetera que feudatarij capitanei gubernatores Senator caſtellani alijqꝫ ꝑcipui officiales vrbis/ et terrarũ eccleſie iurare ſolent. Hoc etiã adijciat vt in eorũ inſtitutione iurent ꝙ ſede vacante ad mãdatum cardinaliũ ciuitates terras loca arces ⁊ caſtra/ ac gentes noie romane eccleſie tenebunt ac tradent libere ⁊ ſine contradictione. Ne ſummus pontifex carnalitatis trahi videat affectu magis q̃ʒ iudicio rationis atqꝫ vt ſcandalis obuiet/ que experientia teſte ſepe ſecuta ſunt nullũ decetero cõſanguineũ/ vel affinẽ vſqꝫ ad tertium gradum incluſiue. Ducem Marchionẽ comitẽ feudatariũ emphiteotam vicariũ gubernatorẽ officialẽ caſtellanum alicuius ꝓuincie ciuitatis opidi caſtri fortalicij aut loci romane eccleſie. Nec ſuꝑ his iuriſdictioni ſeu poteſtatem aliquã habere/ nec capitaneũ ſeu cõductorẽ gentiũ armorũ faciat aut eſſe ꝑmitiat. Ipſi quoqꝫ cardinales ſummo pontifici ſecus agere volenti nequaq̃ʒ aſſentiant. Quodqꝫ ſuccedẽs pontifex aliter facta ꝓrſus retractet ac reuocet. Iuxta nicolai pape quarti cõſtitutionẽ ſtatuit ſancta Synodus/ vt ad ſancte romane eccleſie cardinales omniũ fructuũ reddituũ prouentuũ multarum cõdemnationũ/ ac cenſuum de quibuſcũqꝫ terris ⁊ locis romane eccleſie ſubiectis ꝓuenientiũ medietas ꝑtineat inſtitutioqꝫ ⁊ deſtitutio omniũ rectorũ gubernatorũqꝫ ⁊ cuſtodũ/ quocũqꝫ nomine cenſeant/ qui preerunt dictis terris et locis/ ac etiã dictorũ fructuũ collectorũ de ꝯcilio ⁊ ꝯſenſu ipſoꝝ cardinalium fieri debeat. Ipſos igitur cardinales admonet ſancta Synodꝰ vt terras ⁊ ſubditos romane eccleſie ab iniurijs ⁊ oppreſſionibus ꝓtegant/ de paceqꝫ ac ſalute/ et bono ipſoꝝ regimine cogitãtes apud ſum

mum pontificē/ et vbi opus fuerit ipſos omni fauore ꝓmoueant. Et
ſi de omnibꝫ romane eccleſie terris magna cura ſummo pontifici ac
cardinalibus eſſe debeat ad vrbem tamē romā mentis intuitū ſedulo
cōuertere/ et ad ipſam tanꝙ peculiarē filiam ꝛ principalē eoꝝ parro/
chiam In qua beatoꝝ petri ꝛ pauli ac innumerabiliū chriſti marty/
rum ꝛ ſanctoꝝ ſacra corpora requieſcūt vbi ſedes eſt romani pōtificis
vnde ꝛ ipſe ac romanū denominat imperiū/ et ad quā oēs chriſticole
deuotionis cauſa cōfluere ſolent/ ſingularē quandā charitatē/ et preci
puum affectū gerere tenent/ vt in pace tranquillitate ac iuſticia guber
netur in ſuiſqꝫ eccleſijs menibus vijs ꝛ ſecuritate ſtratarū detrimen/
tum non patiat. Quo circa ſtatuit hec ſancta Synodus vt de quibuſ/
cunqꝫ ipſius vrbis redditibus ꝛ ꝓuentibus aliqua cōpetens portio ad
cōſeruationē eccleſiarū meniū viarū pontiū ſecuritatiſqꝫ itinerū ipius
vrbis ꝛ diſtrictus per aliquos viros ꝓbate fame de concilio cardina/
lium eligendos re ipſa exponat. Sicut ſeruū ſeruoꝝ dei ſummus pō
tifex ſe ꝓfitetur ita opere cōprobet ꝛ cum ad ipm̄ tanꝙ cōmunē patrē
vndiqꝫ homines ꝯfugiant adiriqꝫ ſe ab omnibꝫ facile ꝑmittat. Unam
ergo ſaltem in hebdomada diem ꝓ publica ſtatuat audiētia. In qua
oēs ꝑſertim pauperes ꝛ oppreſſos patiēter ꝛ benigne audiat/ ꝛ quātū
cū deo poteſt exaudiat cunctiſqꝫ ſicut pater filijs prout cuiqꝫ opus fu
erit iuxta vires cōſilio ꝛ auxilio ꝓuideat. Et ſi corporali neceſſitate im
peditus fuerit vel alicui cardinali vel alteri inſigni viro omnia ſibi re
laturo cōmittat. Omnibuſqꝫ curie officialibus. Jubeat preſertim vice
cancellario penitētiario et camerario vt ipſos pauperes cito gratiſqꝫ
expediant. Memor apoſtolice charitatis qua Petrus et Paulus in
vicem dexteras dederunt vt pauperū memores eſſent. Diebus vo do
minicis ꝛ feſtiuis ad miſſam exeat publicam poſtqꝫ aliquāto tēporis
ſpatio indigētibus audientiā ꝓbeat. Singulis hebdomadis vel ſaltē
in menſe bis cōſiſtoria publica teneat in quibus negocia eccleſiarū ca/
thedraliū ac monaſterioꝝ ſeu principū ac vniuerſitatū aliaqꝫ magni
ponderis audiat. Lites autē et cauſas minores remittat ad vice cācel
larium. Ipſe autē quāto amplius poteſt litigijs ac minoribus negocijs
ſe eximat vt maioribus intendat liberius. Quoniam ſancte romane
eccleſie cardinales pars corporis romani pontificis eſſe cenſentur rei
publice admodū expediens eſt/ vt iuxta vetuſtum morem grauia ꝛ ar
dua negocia de ipſorū in concilio directione cauſa quoqꝫ mature cog/
nita deinceps fiant/ ꝑſertim cauſarū fidei deciſiones ſanctoꝝ canoni/
ſationes erectiones ſeu ſuppreſſiones diuiſiones ſubiectiōes vniones
eccleſiarū cathedraliū ꝛ monaſterioꝝ/ ꝓmotiones cardinaliū confir/
mationes ac ꝓuiſiones de eccleſijs cathedralibus/ et monaſterijs pri
uationeſqꝫ et tranſlationes abbatū epiſcoporū ꝛ ſuperiorum leges ſeu
conſtitutiones legationes de latere ſeu vicarioꝝ ac nuncioꝝ auctori/
tate legatoꝝ de latere fungentiū cōmiſſiones noue religionis inſtitu/

cio exemptiones noue/ eccleſijs monaſterijs ſeu capitulis aut ipſaruꝫ
iam factarū reuocationes. Saluo decreto ſacri Conſtantieñ. concilij
de p̄latis nō transferēdis inuitis.

## ¶ De numero ⁊ qualitate cardinaliū.

CUm ſummo pontifice ſancte romane eccleſie cardinales in diri/
genda chriſtiana republica collaterales aſſiſtant neceſſe eſt vt ta
les inſtituant᷑ qui ſicut nomine ita re ipa cardines ſint ſuper quos ho
ſtia vniuerſalis verſent᷑ ⁊ ſuſtentent᷑ eccleſie. Statuit igitur ſancta Sy
nodus vt deinceps eorū numerus adeo ſit moderatus/ ꝙ nec ſit gra/
uis eccleſie nec ſuperflua numeroſitate vileſcat/ qui de omnibꝰ chriſtia
nitatis regionibus q̄ztum comode fieri poterit aſſumantur vt noti/
cia rerum in eccleſia emergentiū facilius haberi/ et ſuper his maturi/
us deliberari poſſit. Sic tamē ꝙ numerū vigintiquattuor inter hos
qui nunc ſunt/ et aſſumēdos non excedat. Ita ꝙ de vna natione vltra
tertiā partem reſpectu cardinaliū pro tēpore exiſtentiū ac de vna ciuita
te ⁊ dyoceſi vltra vnum inde oriunduꝫ/ et de ea natione que nūc vltra
tertiā partem habet vſqꝫ ad ipius tertie partis reductionē eē nequeāt
Sint viri in ſcientia moribuſqꝫ ac rerum experientia excellentes non
minores triginta annis. Magiſtri doctores ſeu licentiati cum rigore
examinis in iure diuino vel humano/ ſit ſaltem tertia vel quarta pars
de magiſtris aut licentiatis in ſacra ſcriptura. Inter hos autē viginti/
quattuor eſſe aliqui poterūt ad moduꝫ pauci filij fratres aut nepotes
regum ſeu magnorū principum: in quibus cum circūſpectione/ ⁊ ma
turitate morum competens litteratura ſufficiat. Non fiant cardina/
les nepotes ex fratre vel ſorore romane pontificis aut alicuius cardi/
nalis viuētis nō illegittime nati/ non corpore viciati nec alicuius cri/
minis aut infamie nota reſperſi. Predicto autē numero vigintiquat/
tuor pro magna eccleſie neceſſitate vel vtilitate duo alij in quibus vi/
te ſanctitas vel eximie virtutes refulgeāt/ quāqꝫ memoratos gradus
non habeant. Ac de grecis cum romane eccleſie vniti fuerint Inſig/
nes aliqui viri adijci poterunt. Non fiat cardinalium electio ſolum ꝑ/
auricularia vota ſed illi ſolum aſſumi poſſint in quos facto vero ſcru/
tinio ac publicato maiorem partem cardinalium per ſubſcriptionem
manus proprie conſtiterit collegialiter conſenſiſſe. Deſuper etiaꝫ apo/
ſtolice littere cum ſubſcriptione cardinalium conficiantur. Decreto
huius ſacri concilij in quatra ſeſſione ſolenniter publicato quod inci/
pit. Item cum multiplicatio cardinalium ⁊c. in ſuo robore inuiola/
biliter permanſuro. Cum recipient cardinales ſue dignitatis inſig/
nia quorum ſignificatio eſt vt pro bono vniuerſalis eccleſie ſangui/
nem proprium ſi opus ſit non vereantur effundere. Jurabunt in pu/
blico conſiſtorio ſi ſint in curia ſi vero abſentes in manibus alicu/
ius epiſcopi/ et publice cui per litteras apoſtolicas in quibus for/
ma Juramenti inſerta ſit commiſſum fuerit in hunc modum.

Ego enim nuper aſſumptus in ſancte romane eccleſie cardinalē ab
hac hora in antea ero fidelis beato Petro vniuerſaliqꝫ et romane ec/
cleſie ac ſummo pontifici eiuſqꝫ ſucceſſoribus canonice intrantibus la
borabo fideliter ꝓ defenſione fidei catholice extirpationeqꝫ hereſum ⁊
errorū ac ſciſmatū reformatione morū ac pace in populo chriſtiano.
In alienationibus rerū et bonoꝝ eccleſie romane aut aliarū eccleſia/
rū / et beneficioꝝ quorūcunqꝫ / nō conſentiā niſi in caſibus a iure ꝑmiſ/
ſis / et pro alienatis ab eccleſia romana recuperādis ꝓpoſſe operam da
bo / non cōſulam quicqꝫ ſummo pontifici / nec ſubſcribā me niſi ſcōm
deū ⁊ conſcientiā meā que mihi per ſedem apoſtolicā cōmiſſa fuerint
fideliter exequar cultū diuinū in eccleſia tituli mei ⁊ eius bona conſer/
uabo ſic me deus adiuuet. Pro cōſeruādis cardinaliū titulis quorū
aliqui tam in diuino cultu quam edificijs nimiū proch dolor in obpro
brium ſedis apoſtolice / et ipſoꝝ cardinaliū collapſi ſunt. Statuit hec
ſancta ſynodus vt de redditibus ſi ꝓuentibus terrarū romane eccleſie
quoꝝ medietas iuxta cōſtitutionē Nicolai pape ad cardinales vt pre
dictuꝫ eſt ꝑtineat decima pars eius quod ſpectat ad quēlibet cardina/
lem ꝓprio titulo ſingulis annis applicetur. Et nihilominꝰ vel ī vita vel
in morte quilibet cardinalis tantū ꝓprio titulo relinquat. Unde cōtra
vna ꝑſona ſuſtentari poſſit quod ſi nō fecerit tam pro hoc quam ꝓ di
cta decima parte bona oīa ipſius cardinalis obligata ſint vſqꝫ ad de/
bitam ſatiſfactionē / ⁊ ad executionē huius oneramus primū cardina
lem illius ordinis de quo ipſe defunctus erat. Uiſitet per ſe quilibet
cardinalis pñſens in curia abſens vero per vicariū ydoneū ſingulis an/
nis titulū ſuum clericoſqꝫ / et populū eccleſiarū ſubiectarū / et cū diligē
tia inquirat et ſalubriter ꝓuideat ſuꝑ cultu diuino boniſqꝫ ipſarū eccle
ſiarū ac vita et moribus clericoꝝ ⁊ parrochianoꝝ / de quibus cum ſue
ſint oues in diſtricto dei iudicio rationeꝫ redditurus ē Et tam quo ad
tempus viſitandi qꝫ quo ad alia ſeruet que inſtituta ſunt in decreto no
ſtro de concilijs Synodalibus. Et ſi quēlibet cardinaliū tam ipā di/
gnitas qꝫ ꝓpria perurgeat pollicitatio pro memoratis ſanctis labora
re operibus nihilominus vt eo efficatius res fiant quo ſingulis quaſi
peculiariter diſtribuunt Epiſcopi cardinales indagare curent que re/
giones hereſibus erroribus ſuꝑſtitionibus nouis aut veteribus infe/
cte ſint / pñſbyteri vbi mores ⁊ diuinoꝝ mandatoꝝ obſeruātia ac eccleſi
aſtica diſciplina deficiāt Dyaconi qui reges ⁊ principes ſeu populi bel
lis agitent vel agitari timeant / et tanqꝫ apes argumentoſe tam apud
ſummū pōtificem qꝫ inter ſe ipſos diligēter / ac accurrare negocia hec
ſancta ꝓmoneant operā dantes ⁊ vbi neceſſarium fuerit ſalubri reme
dio ꝓuideatur. Ipſe autē ſummus pontifex tanqꝫ cōmunis omniū pa
ter / et paſtor non ſolum rogatus ac ſollicitatus / ſed ꝓprio motu vbiqꝫ
inueſtiget inueſtigariqꝫ faciat / et quā poteſt omnibꝰ filioꝝ morbis ſa
lutarem conferat medicinā. Si quādo papam quod abſit negligentē

aut remiſſum ſeu agentem que nō decēt ipſi cardinales inſpexerint fi/
liali reuerentia et charitate tanq̄ꝫ patrē obſecrent vt officio paſtorali
honoriq̄ꝫ ac debito ſuo ſatiſfaciat. Et primo quidē aliquis vel aliqui ꝺ
ꝑ ſe/ Deinde ſi ſe nō corrigat omnes collegialiter accerſitis quibuſdā
notabilibus p̄latis p̄dicentes ꝙ ſi nō abſtinuerit ꝓximo generali con
cilio deferāt/ nec ꝓ ſalute ipſius ſummi pontificis/ ⁊ bono publico eiꝰ
odiū vel quicquid aliud timeant dū tamē reuerenter ⁊ charitatiue id
agant. Multo magis ſi quē ex cardinalibꝫ aliquid ꝑperā ſeu rep̄henſi
one dignū facientem papa cognouerit paterna ſemꝑ charitate et iuxta
doctrinā euangelicā corrigat vt ſit alter in alterū pater in filios/ filij in
patrē charitatis oꝑa exercentes eccleſiā dei exemplari ac ſalubri mo/
deramine gubernent. Prelatos et quoſcūq̄ꝫ alios inſignes p̄ſertim
viros ad curiā romanā ꝓficiſcentes cardinales benigne et honorifice
tam publice q̄ꝫ priuate ꝑtractēt/ ⁊ apud ſūmū pontificē eorū negocia
gratis ac liberaliter recōmiſſa faciāt. Et cū ei qui cōis eſt omniū pater
cardinales aſſiſtent ꝑſonarū acceptores fieri vel aduocatos valde in/
decens eſt/ ꝓpterea interdicit hec ſancta Synodus vt tāq̄ꝫ iudicis col
laterales ꝑcialitatē nullā accipiāt. Etiā ſi de terra ꝑciali originē ducāt/
nec ſint principū aut cōitatū ſeu aliorū cōtra quēquā cum p̄cio vel ſine
partiales ꝓtectores aut defenſores/ ſed exuti omnē paſſionē in ſedan/
dis cōcordia vel iuſticia litibus pape aſſiſtant. Principū aūt et quorū/
cūq̄ꝫ p̄ſertim pauperū ac religioſorū gratis ⁊ ſine vllo queſtu ꝓmoue
re iuſta negocia tanq̄ꝫ charitatis opus ꝑſuadet ſancta Synodus et
cōmendat. Cum affabilitate et benignitate ſeruent cardinales graui/
tatē/ ac modeſtiā que huic cōgruūt dignitati/ pietatē aūt q̄ ſcdm apo/
ſtolū/ ad oīa vtilis eſt ſeruēt ad oēs. Affines ſuos p̄ſertim bene meri/
tos ac pauperes quāq̄ꝫ negligere nō debeant nō tamen ita ipſos opū
aut beneficiorū multitudine accumulent/ vt alij inde ſcandalū patian
tur. Caueant ne bona ab eccleſijs ꝓfecta vltra q̄ꝫ neceſſitatis rō poſtu/
lat in carnē et ſanguinē effundant. Cum tales ſic ambulare ī magnis
pontifex inſpexerit arguat atq̄ꝫ obuiet vt decet/ neq̄ꝫ enī culpe erit ex/
pers ſi iuxta officiū ſuū corrigenda nō corrigat/ familia menſa ſuppel/
lex rerū et equorū tam pape q̄ꝫ cardinaliū nec numeroſitate nec faſtu
aut pompis neq̄ꝫ aliquo exceſſu rep̄henſibilis ſit. Ita domū et que in
domo ſunt moderate cōponat vt alij nō ſcandalū ſed frugilitatis cape
re exemplū poſſint. Tam ſummꝰ pōtifex et cardinales q̄ꝫ ceteri epī cō/
ſtitutionē beati Gregorij in generali Synodo editā ſeruare ſtudeant
cuiꝰ tenor hic eſt quā hec ſancta Synodus innouat. Cū paſtoris vita
exemplo debeat eſſe diſcipulis plerūq̄ꝫ clerici qualis in ſecreto ſit vita
ſui pontificis/ neſciūt quā tamē ſeculares pueri ſciunt/ de qua re p̄ſen/
ti decreto ſtatuimꝰ vt quidā ex clericis vel etiam ex monachis electi in
miniſterio cubiculo pontificali obſequantur/ vt is qui in loco regimi
nis eſt tales habeat teſtes qui veram eius in ſecreto conuerſationem

videant/ ⁊ ex ſedula viſione exemplū ꝓfectus ſumant. Paſcalis etiam
pape verba aduertāt dicentis epi lectioni et orationi vacent/ et semꝑ p̄
ſbyteros et dyaconos aut alios boni teſtimonij clericos habeāt/ vt ſe
cūdū aplm et ſanctoꝝ patrū inſtituta poſſint irrephenſibiles inueniri.
Non expedit rei publice vt cardinalib⁹ quos rebus arduis vniuerſa-
lis eccleſie intentos fore oportet/ alie cauſe q̄z electionū eccleſiarū ca-
thedraliū aut monaſteriorū vel principū aut vniuerſitatū ſeu ſimiles
ꝑ papā aut cancellariā delegent᷑. Minores igit᷑ litigioſe cauſe in audi-
torio rote qđ ad hoc inſtitutū eſt cōmittant᷑. Neq3 papa neq3 cardia-
les familiares ſuos quaſi munera accepturos ad cōfirmatos vel ꝓui-
ſos p̄latos de cetero mittant/ ne q̄ ꝑ ſe facere nō decet ꝑ alios fieri pa-
tiant᷑. Quod aliqn̄ factum eſt vt ꝓ anulo in aſſignatione tituli cardi-
nalibus tradito poſt mortē ei⁹ aliqua pecunie ſūma vel res alia de bo-
nis ſuis arripiat᷑ de cetero nō fiat cū labores eorū pro republica impē
ſi ⁊ exequias ſi pauꝑes forēt potius de publico mereant᷑.

## De electionibus.

LIcet dudum hec ſancta Synodus abolita ꝑ eā generali omniū
eccleſiarū et dignitatū electiuarū reſeruatione ꝓuide decreuerit/ vt
p̄dictis eccleſijs et dignitatib⁹ ꝑ canonicas electiones et cōfirmatiōes
ꝓuideri deberet/ volens etiā ſpāles ſeu particulares ipſarū eccleſiarū
et dignitatū electiuarū ꝓhibere reſeruationes ꝑ quas libera in eiſdem
eligendi et cōfirmādi facultas impediri poſſet/ quodq3 aduerſus hoc
decretum roman⁹ pontifex nihil attemptaret/ niſi ex magna rōnabili
⁊ euidenti cauſa in litteris aplicis noīatim exprimenda. Quia tamen
cōtra ipius decreti mētē nō pauca ſine hmōi cauſa geſta ſūt Unde gra
uia hacten⁹ ſucceſſerūt et grauiora indies timent᷑ ſcādala/ Cupiēs hec
ſancta Synodus hijs obuiare Nolenſq3 vt ipſius decreti mens que
fuit omne obſtaculū a canonicis electiōibus et cōfirmationib⁹ tollere
ſuo fruſtret᷑ effectu Statuit vt electores in dictis eccleſijs ſine impedi-
mento aut obſtaculo oīno fiāt que cauſa cognita iuxta iuris cōmunis
et dicti noſtri decreti diſpoſitionem confirment᷑ vel infirment᷑. Uerū
tamen ſi forte aliquando contingat electionem aliquā etiā alias cano-
nicam fieri que in ꝑturbationem eccleſie aut patrie vel boni publici
vergere timeatur ſumm⁹ pontifex cum ad ipſum cōfirmatio delata fu-
erit. Si talem vrgētiſſimā cauſam adeſſe manifeſte cognouerit ea pri-
us mature diſcuſſa ab parte p̄lecte defenſa accedente poſtea romane ec
cleſie cardinaliū aut maioris partis ſubſcriptione huiuſmodi cauſam
veram ſufficientēq3 fore atteſtantiū reiecta tali electione ad capitulū
vel conuentum remittat vt infra tempus iuris vel aliud iuxta loci di-
ſtantiam ad aliam ex qua euenire talia nō formident᷑ electionē ꝓcedāt

## De reſeruationibus

ET quia multiplices eccleſiarū et beneficiorum hactenus facte ꝑ
ſummos pontifices reſeruationes non parū eccleſijs oneroſe ex

titerūt Ipſas omnes tam generales q̄ʒ ſpeciales ſiue particulares de
quibuſcunqʒ eccleſijs et beneficijs/quibus tam per electionem q̄ʒ colla
tionem aut aliam diſpoſitionem prouideri ſolet ſiue per extrauagan/
tes ad regimen/et execrabilis ſiue per regulas cancellarie/aut alias
apoſtolicas conſtitutiones introductas/hec ſancta Synodus abo/
let Statuens vt de cetero nequaq̄ʒ fiant reſeruationibus in corpore iu
ris expreſſe clauſis/et hijs quas in terris romane eccleſie ratione dire
cti ſeu vtilis dominij mediate vel immediate ſubiectis fieri contigerit
dumtaxat exceptis.

## De clementina litteris.

Licet in apoſtolicis vel alijs litteris quibuſcunqʒ aliquē dignitati
beneficio aut iuri cuicūqʒ renunciaſſe/aut priuatū eſſe ſeu aliquid
aliud egiſſe per quod ius propriū auferat/narratuʒ ſit huiuſmodi lit
tere in hijs nō preiudicent. Etiam ſi ſuper ipſis gratia vel intentio nar
rantis fundetur niſi per teſtes/aut alia legitima conſtiterit documen
ta. Datum in ſeſſione publica huius ſancte Synodi in eccleſia maiori
Baſilieñ. ſolenniter celebrata nono kalēdas Aprilis. Anno dñi Mil
leſimoquadringenteſimotriceſimoſexto.

## ¶ Seſſio viceſimaquarta de indulgentijs.

Sacroſctā generalis Sy-
nodus Baſilieñ. in ſpiritu ſancto legitime cōgrega/
ta vniuerſalē eccleſiam repſentans. Quia ambaſia/
tores noſtri ad conſtantinopolim trāmiſſi vice et no
mine eiuſdem ſancte Synodi sereniſſimo impato/
ri romeoꝝ et reuerendiſſimo dño patriarche con/
ſtātinopolitano ꝓpt nōnullas cauſas ꝓmiſerūt capi/
tula alias ī hac ſācta Synodo ſupꝫ mō vniuerſalis et icumenici vtriuſ
qʒ eccl'ie cōcilij celebrādi hinc ⁊ inde ꝯcluſa ⁊ firmata dare/⁊ cū effectu
exhiberi ſub cōſueta hu9 ſācte ſynodi Bulla plūbea data pn̄ti ⁊ ſub te/
neoꝛ de verbo ad verbū ſubſequēti Nolēs hec ſācta ſynodus obmitte/
re aliq̄d eoꝝ q̄ ꝓ vnione eccleſiarū xp̄i fieri poſſūt dictā ſuoꝝ ambaſia
toꝝ ꝓmiſſionē pn̄ti decreto acceptat approbat ratificat ⁊ ꝯfirmat/⁊ p̄/
fata capl'a de verbo ad vbū ꝓut ꝑ p̄fatos ambaſiatores ꝓmiſſū ē pn̄/
tibꝫ inſerit ſub tenore q̄ ſequit. Sacroſācta generalis Synodus Ba/
ſilieñ. in ſpūſācto legitime cōgregata vniuerſalē eccl'iam repſentās/ad
ꝑpetuā rei memoriā. Cū inter cetera toti ppl'o xp̄iano neceſſaria opa ꝓ
pter que hoc p̄ſens ſanctū cōcilium extitit congregatū vnio occidenta/
lis et orientalis eccleſiarū chriſti p̄cipuū et maximū ſit merito pro hac
perficienda ab initio ſue congregationis omni conatu laborauit. Et
eī̄ q̄ʒ primuʒ potuit ad sereniſſimū impatorē Grecorū ⁊ reuerendiſ/
ſimū patriarcham conſtantinopolitanū cum litteris ſuos tranſmiſit
ambaſiatores ad ipſos cum omni charitate ⁊ inſtantia exhortandum

quatenus et ipſi cū plena ptāte mitterent aliquos qui nobiſcū tracta/
rent de mō dictam ſanctā vnionē cōſequendi/ qui mox vt requiſiti fue
runt tres inſignes viros de hijs qui apud eos magne videnť anctori/
tatis/ quorū primus ipm imperatorē cōſanguinitate attinet/ ad hanc
ſanctā Synodū deſtinarūt ſufficienti ipſius impatoris mandato cuꝫ
Bulla aurea et eius manu ꝓpria ſubſcripto ac patriarche litteris mu
nitos/ qui tā in generali cōgregatione qꝫ corā cōmiſſarijs noſtris fer/
uentiſſimū ipſius impatoris et patriarche totiuſqꝫ eccleſie oriētalis ad
hanc vnionē deſideriū exponētes. Nos mirū immodū ad tam ſancti
operis pſecutionē pulſant ac quotidie excitant/ duo inter alia firmiter
cōſtanterqꝫ aſſerentes vnionē ipſam niſi in Synodo vniuerſali in qua
tam eccleſia occidentalis qꝫ orientalis cōueniat fieri nullaten⁹ poſſe/ ⁊
in ea Synodo ſi fiat vt infra cōuentū eſt ipſam vnionē ſecuturā ſpera/
ri. Hijs auditis ſumma nobis leticia et iocunditas nimirum acceſſit
Quāobrem oēm cogitatū noſtrū iactantes in deū qui facit mirabilia
magna ſolus Venerabiles ſancte romane eccleſie cardinales pſiden/
tes ſedis aplice patriarchā Anthiocenū archiepos epos abbates ma
giſtroſqꝫ et doctores in numero cōpetenti deputauim⁹ vt vna cū ipſis
grecorū ambaſiatorib⁹ rem iſtā tractare Et quo ordine ad executionē
deducenda eſſet pſpicere deberent/ qui tam inter ſe qꝫ cū ipſis oratori
bus ſepe numero cōuenientes habito inter ſe maturo et digeſto cōſilio
ad infraſcripta cū ipſis deuenerūt capitula que poſtea ſm morē huius
ſacri cōcilij p ſacras deputationes mature deliberata ac deinde p ge/
neralem cōgregationē cōcluſa firmataqꝫ ſolenniter extiterūt quorū te/
nor vna cū mādato ipſius dñi impatoris ſub bulla aurea ſequiť ⁊ ē ta/
lis Ambaſiatores ſereniſſimi dñi impatoris ⁊c. vt in decreto concilij
ſuperius inſerto latius cōtineť. Et qꝛ tēpus ſuperius expreſſum infra
qđ pdicta debebāt adimpleri effluxit nō ppter defectū alicui⁹ partiū
ſed qꝛ ita cōtigit varijs interuenientib⁹ tractatib⁹/ hec ſancta Syno/
dus tēpus p pfatos ſereniſſimū impatorē grecorū et reuerendiſſimuꝫ
patriarchā cōſtātinopolitanū ex vna/ ⁊ ambaſiatores hui⁹ ſacre Sy/
nodi pte ex altera ſtatutū et firmatū qđ eſt a menſe Maio imediate ſe
quēti ad annū/ ita qꝫ p totū mēſem Maij ad annū ſequentē vtraqꝫ par
tiū ſit parata ad exequēdū ſupradicta qꝫtū ad quālibet ptiū attinet ac
ceptat et promittit ſe impleturā quātū ad ipſam ptinet infra dictū tem
pus quicquid in ſupradictis capitulis cōtineť.

¶ Saluuſconductus datus dño impatori Grecorum et pa/
triarche conſtantinopolitano a ſacro cōcilio Baſilieñ.

Sacroſancta generalis Synodus Baſilieñ. in ſpiritusā
ncto legitime cōgregata vniuerſalē eccl'iaꝫ repſentās. Quia
auctore dño in regione noſtra occidentali et obedientie ec/
cleſie romane eſt vniuerſalis eticumenica Synodus cele/
branda in qua iuxta cōcordata in hac ſancta Synodo et in

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK Baden-Württemberg

cõſtantinopoli denuo ratificata tam occidentalis q̄ꝫ orientalis eccleſia
cõueniet vt cunctis erga eandē eccleſiā orientalē noſtre intentionis ſin
ceritas pateat et oīs ſuſpicio que circa ſecuritatē ac libertatē venientiū
oriri poſſet de medio auferat̄ tenore p̄ſentis decreti/ hec ſancta Syno/
dus Baſilien̄.noīe et vice totiꝰ eccleſie occidentalis et oīm de eadem
eccleſia cuiuſcunqꝫ ſtatus. Etiā ſi papali impiali regali pontificali/ vel
quacūqꝫ alia inferiori ſpūali vel ſeculari p̄fulgeant dignitate poteſtate
vel officio decernit dat et concedit sereniſſimo imꝑatori romeorum re
uerendiſſimis patriarchis cõſtantinopolitano/ alexadrino anthioce/
no et hieroſolymitano ceteriſqꝫ vſqꝫ ad numerū ſeptingentarū ꝑſona/
rū Etiā ſi imperiali regali archiep̄ali ep̄ali/ ⁊ cuiuſcūqꝫ alterius ſtatus
dignitatis aut cõditionis fuerint ad p̄dictū vniuerſale ⁊ icumenicum
cõciliū in regione occidentali vt p̄mittit̄ celebrandū venientibus aut
vẽturis plenū et liberū ſaluūcõductū omneſqꝫ p̄dictos/ et quẽlibet ip/
ſorū tam in ꝑſonis q̄ꝫ honoribꝰ/ ⁊ rebus quibuſcūqꝫ ipſorū nominibꝫ
regnis ꝓuintijs dominijs territorijs cõitatibꝰ ciuitatibꝫ caſtris opi/
dis villis et omnibꝫ locis obediẽtie noſtre eccleſie occidentalis ꝑ q̄ ſiue
eundo ſiue ſtando ſiue etiā redeundo trāſituri ſunt aut eos tranſire cõ
tigerit in ſuā tutā ſecurāqꝫ ſaluiguardiam recepit et recipit ꝑ p̄ſentes
ꝓmittens et cõcedens oībus et ſingulis ex ipſis hoc p̄ſenti edicto Sy
nodali tutā et liberā facultatē accedendi ⁊ veniendi in et ad ciuitatem
ſeu locū in qua vel in quo erit dictū ſacroſanctū vniuerſale cõciliū cele
brandū ibiqꝫ ſtandi morādi reſidendi habitandi cū omnibꝰ immuni/
tatibꝰ libertatibꝫ et ſecuritatibꝫ/ quibus illi qui erūt de obedientia ec/
cleſie romane habitabūt diſputandi etiā ⁊ ratiocinandi iura ⁊ aucto/
ritates allegandi/ ⁊ oīa alia libere ⁊ ſine cuiuſcūqꝫ impedimẽto dicẽdi
faciendi ⁊ tractandi que ꝓ vnione eccl̄iarū xp̄i eis expedire videbit̄ et
oportunū. Inde etiā ſemel ⁊ pluries et totiens quotiens eis ⁊ cuilibet
eorū videbit̄ et placebit ſimul ⁊ ſeꝑatim/ et cū eorū bonis rebus pecu/
nijs et ſine/ ꝓlibito recedendi ⁊ redeūdi tute libere ⁊ impune omni im
pedimento reali et ꝑſonali ceſſante penituſqꝫ remoto/ etiā ſi talis vnio
qḋ abſit nõ ſequeret̄ nec effectū haberet quo caſu ⁊ in omnẽ aliū euentū
p̄fati sereniſſimꝰ imꝑator dn̄i patriarche/ et alij ſupra nomiati noſtris
dūtaxat expenſis et galeis abſqꝫ aliq̄ dilatione tẽporis omniqꝫ remo/
to impedimento cū eiſdẽ honoribꝫ beniuolentia ⁊ amicitia/ quibꝰ ad
p̄fatū vniuerſale celebrandū cõciliū deducet̄/ etiā et in conſtantinopo/
lim reducent̄ ſiue vnio ſequat̄ in dicta celebranda Synodo icumenica
ſiue non. Non obſtantibus in p̄dictis vel aliquo p̄dictorū quibuſcunqꝫ
differentijs diſcordijs/ et diſſenſionibꝫ ad p̄ſens vigentibꝫ/ ⁊ que in fu
turum oriri ⁊ vigere poſſent inter dictas eccleſias occidentalem et ori/
entalem/ ſeu inter ipſam eccleſiam romanā et ei ſubiectos et aggrega
tos/ ⁊ prefatum sereniſſimum imꝑatorem et alios eccleſie cõſtantino/
politane aggregatos/ et non obſtantibus aliquibus ſententijs decre

tis condemnationibus iuribus et decretalibus quomodocūqꝫ ꝛ qua
litercunqꝫ factis/et prolatis ſeu fiendis Et etiam nō obſtantibus ali/
quibus repſalijs et debitis publicis vel priuatis Et nō obſtantibus
aliquibus criminibus exceſſibꝰ culpis ꝛ delictis Si qua per p̄dictos
vel alterū eorū quomodocūqꝫ et qualitercūqꝫ cōmiſſa et perpetrata fo
rent. Et generaliter non obſtantibus quibuſcunqꝫ alijs etiā ſi talia fo/
rent/de quibus neceſſariū eſſet ſpecialem in p̄ſentibus facere mentio/
nem Et ſi cōtingat aliquē vel aliquos ex noſtris eis vel alicui ipſoꝝ
iniuriari qđ abſit / vel aliquā moleſtiā inferre in pſona honore rebꝰ et
alijs quibuſcunqꝫ taliter excedēs iudicabiꝛ p nos aut noſtros vſqꝫ ad
condignam et rationabilem ſatiſfactionē parti leſe et ecōuerſo Si ali/
quis ipſorum alicui ex noſtris aliquā vt p̄mittiꝛ iniuriam inferat iudi
cabitur per eos vſqꝫ ad cōdignam et rationabilē ſatiſfactionē ei qui in
iuriā paſſus eſt ſm morem ꝛ cōſuetudinē vtriuſqꝫ partis. De alijs au
tē criminibus exceſſibꝰ ꝛ culpis quibuſcūqꝫ quelibet partiū cognoſcet
et iudicabit de ſuis. Hortaꝛ aūt hec ſacroſācta Synodus vniuerſos
chriſtifideles/ꝛ nihilominꝰ auctoritate vniuerſalis eccleſie in virtute
ſpūſſancti/et ſancte obedientie mādat et p̄cipit omnibꝫ et ſingulis p̄la
tis regibus ducibus principibꝰ officialibus cōitatibus et alijs ſingu/
laribus pſonis cuiuſuis ſtatus cōditionis et dignitatis exiſtant noſtre
occidētali eccl'ie aggregatis/quatenꝰ p̄dicta omnia et ſingula inuiola
biliter obſeruent/ꝛ q̄tum in eis eſt obſeruari faciant dictoſqꝫ sereniſſi
mū impatorem patriarchas/et alios oēs et ſingulos antedictos/ ad
dictū ſacrū celebrandū cōciliū accedentes ꝛ inde recedentes ſimul et
diuiſim fauorabiliter ꝛ reuerenter honorent et tractēt/ac honorari et
tractari faciant. Si qua vero dubitatio circa dictū ſaluūcōductū ꝛ cō/
tenta in eo oriri cōtingerit ſtabiꝛ declarationi p̄fate vniuerſalis Sy/
nodi celebrāde/vult aūt hec ſancta Synodus p̄ſentē ſaluūcōductum
valere/ꝛ in ſuo robore permanere/quouſqꝫ ad vltimum dicti sereniſſi
mus impator patriarche et alij ſupradicti cū ſuis nobilibꝫ et famulis
vſqꝫ ad numerū vt p̄mittiꝛ ſeptingentarū perſonarum alijſqꝫ rebus ꝛ
bonis ſint reuerſi in et ad ciuitatem cōſtantinopolitanā Si quis autē
cōtra p̄dicta aut aliqđ p̄dictorū aliquid facere quoquomodo tempta/
uerit indignationem omnipotentis dei et dicte ſancte Synodi ſe no/
uerit incurſurum.

¶ Aurea bulla domini impatoris Grecorū lecta in ſeſſione publica et congregatione generali.

Quoniam deſtinate fuerunt ab imperio meo / ꝛ p̄ſtātiſ/
ſimo dn̄o icumenico patriarcha ambaſiate ad ſacroſan/
ctam eccleſiā romanā videlicet ad beatiſſimū papā dn̄m
Martinū quintū/et ad modernū ſimiliter ſanctiſſimū
papā dn̄m Eugeniū quartū Similiter ꝛ ab ipis tranſ/
miſſe fuerūt multotiēs ad nos p vnione eccleſiarū chriſti et multis la/

boribus cũ multa diligentia vtrinqz factis/tamen ꝓpter aliquas cir/
cũſtantias tēporaneas nõ peruenit ad finē tale bonũ/et ſanctũ opus
vnionis Poſt hec aũt deſtinauit ad nos de hac ipſa re ambaſiatores
ſuos ſacra Synodus in Baſilea cõgregata/ſacroſanctaz eccleſiā ro/
manā repſentās:ꝓpter qđ et nos ad eā deſtinauim⁹ videlicet familia
rem imperij mei Demetriũ paleologũ metbotidē/ ⁊ honorandiſſimũ
in ſacris monachis abbatē ſacri monaſterij ſancti Demetrij iſidorum
Et familiarē imperij mei Johannē laſtarij diſſipatũ/qui illic acceden
tes oſtenderũt in ipſam quedā neceſſario ab ea tractari in p̄parationē
et conſtitutionē vniuerſalis et icumenici concilij in quo neceſſe eſt tra/
ctari et celebrari et ꝑfici deo duce p̄dictā ſanctā vnionē:que quidez hec
ipſa Synodus Baſilieñ.acceptauit et promiſit illa adimplere vnde et
ambaſiatores ſuos ad nos deſtinauit fratrē Johannē de raguſio ordi
nis predicatorũ ꝓfeſſorē/et in ſacra pagina magiſtrũ. Henricũ men/
ger decretorũ doctorem canonicũ conſtantieñ.et Simonē feroñ.ſacre
theologie baccalariũ canonicũz aurelianñ.cũ decreto ipius generali in
quo de hijs cõtinebaṫ particulariter in capitulis/ ꝑlecto itaqz tali de/
creto apud nos quedā ex hijs que cõtinebanṫ in eo nõ placuerunt no/
bis vt in ipſo iacebāt ꝓhemiũ videlicet talis decreti et capl'm ĩ quo ſcri
bebaṫ de modo reuerſionis noſtre a loco celebrandi cõcilij ad conſtā/
tinopolim ſi ꝑmittente deo qđ abſit nõ fieret vnio eccleſiarũ xp̄i in tali
Synodo/quia nõ exprimebaṫ in eo de hoc determinate et manifeſte.
P̄dicti aũt ambaſiatores videntes diſplicentiā et reſiſtentiā noſtrā nec
aliter rem ipſam poſſe habere progreſſum /conceſſerunt et promiſerũt
curare in predictis videlicet ꝙ dicta ſancta ſynodus dabit et exhibebit
nobis capitula in dicto decreto contenta cum prohemio modo et for/
ma quibus in litteris ipſorum promiſſorijs cõtineṫ Et circa reuerſio/
nem noſtram de Synodo in conſtantinopolim in caſu quo non ſeque
retur dicta vnio qđ abſit facere et adimplere ꝓut habeṫ in forma ſal/
uiconductus p̄dicti. Hijs itaqz ſic progreſſis et inter nos cõcordatis
petierũt et ipſi ambaſiatores vt promittam⁹ et nos abſqz cõtradictio/
ne ire et accedere ad locũ in quo celebrabiṫ deo cõcedente vtrũqz catho
lica et icumenica ſynodus. Quiquidem locus eſſe debet vnus ex no/
minatis in decreto quicunqz ordinabiṫ per dictum ſacrum concilium
Baſilieñ.ſicut in ſupradicto decreto ipſius ſacri concilij contineṫ/ etiā
ꝙ exire debeamus /hinc a conſtantinopoli in accedendo verſus locũ
celebrandi icumenici concilij a principio ſequētis Junij Inditiõis de/
cimequinte ſicut conuentum eſt inter nos et ipſos ambaſiatores ſa/
cri concilij/et quia etiam ad maiorem cautelam et firmitatem horum
omnium petierũt fieri litteram Criſoboli imperij mei Jmperium me/
um grato animo rationabili petitioni eorum annuens preſens Criſo/
boium/largitur et concedit per quod acceptat determinat et promit/
tit/ꝙ ſi dicta ſacra Synodus Baſilienſis remedium appoſuerit in

p̄dictis videlicet. Si p̄dicta capitula in ſupradicto decreto cōtenta cū ꝓhemio in forma ſicut hic per ambaſiatores ipſius Synodi cōcordatum eſt nobis direxerit ⁊ cōpleuerit oīa in eiſdez capitulis ſcripta oportune ſimiliter et fecerit ſaluūconductū cū capitulo de modo reuerſionis noſtre ad conſtātinopolim vt predicit̄. Reliqua etiā vt ambaſiatores ipſius nobis ꝓmiſerunt/ et nobiſcū conuenerunt. Exibit ⁊ imperiū meū cū deo ſine cōtradictione a cōſtātinopoli ſecūdū p̄dictū tēpus cū p̄ſtantiſſimo dn̄o ycumenico patriarcha cōſtantinopolitano / et ceteris debētibus intereſſe/ ad accedendū ad locū vbi celebrabit̄ ſanctū catholicū ⁊ ycumenicū conciliū abſq꜡ impedimēto rationabili vero ⁊ manifeſto. Etiā ſi belluꝫ qđ abſit ab infidelibus foret ⁊ inſtaret ciuitati noſtre cōſtantinopolitane/ et in robur ⁊ firmationē ⁊ cōſeruationē immobilem ſupraſcriptoꝝ iurat imperiū meū per debitū mihi Juramentū tanq꜡ chriſtiano ⁊ fideli imperatori/ et per orationem ſancti mei dn̄i ⁊ imperatoris patris imperij mei famoſiſſimi/ et felicis memorie / et ꝑ animā meā factumq꜡ eſt ſuper iſtis p̄ſens Criſobolū imperij mei. In anno Sexmilleſimononagēteſimoquadringēteſimoq̄rto in mēſe nouēbris. Inditionis. xiiij. A natiuitate vero domini noſtri Jeſu chriſti M.cccc.xxxv. die. xxvi. menſis nouēbris.

¶ Bulla plumbea dn̄i patriarche conſtantinopolitani miſſa ſacro concilio Baſilieñ.

Quoniam deſtinate fuerūt ab humilitate noſtra ⁊ potētiſſimo ⁊ ſancto meo imperatore ambaſiate ad ſacroſanctā eccleſiā romanā videlicet ad beatiſſimū papā dn̄m Martinū q̄ntū. Et ad modernū ſimiliter ſanctū papā dn̄m Eugeniū quartū. Similiter ⁊ ab ipſis trāſmiſſe fuerūt multotiens ad nos ꝓ vnione eccleſiarū xp̄i/ et multis laboribus cū multa diligētia vtrinq꜡ factis. Tamē ꝓpter aliquas circūſtantias tēperaneas nō ꝑuenit ad finē tale bonū/ et ſanctū opus vnionis. Poſt hec autē deſtinauit ad nos de hac ipſa re ambaſiatores ſuos ſacra ſynodus in Baſilea cōgregata ſacroſanctā eccleſiā romanā rep̄ſentans ꝓpter qđ ⁊ nos noſtros ad eādem deſtinauimus videlicꝫ familiares potētiſſimi ⁊ ſancti mei imperatoris in ſpiritu ſancto dilectos filios nr̄e humilitatis videlicet. Demetriū paleologū methotidē/ et honorandiſſimū in ſacris monachis abbatē ſacri monaſterij ſancti Demetrij iſidoꝝ/ et Johannē laſtarij diſſipatū q̄ illuc accēdētes oſtenderūt in ipſam quedā neceſſario ab ea tractari in p̄parationē ⁊ cōſtitutionē vniuerſalis et ycumenici concilij in quo neceſſe eſt tractari ⁊ celebrari ⁊ perfici deo duce p̄dictā ſanctā vnionem. Que quidē hec ipſa Synodus Baſilieñ. acceptauit ⁊ ꝓmiſit illa adimplere. Unde ⁊ ambaſiatores ſuos ad nos deſtinauit fratrē Johānē de raguſio ordinis p̄dicatoꝝ ꝓfeſſorē in ſacra pagina magiſtrū Henricū menger decretoꝝ doctorē canonicū Cōſtātieñ. et Symonē freroneñ. ſacre theologie Baccalariū/ ⁊ canonicū au

relianeñ. cum decreto ipſius generali in quo de his cõtinebať ꝑticula/
riter in capitulis. Perlecto itaq; tali decreto apud nos quedã ex his q̃
cõtinebanť in eo nõ placuerũt nobis vt in ipſo iacebant ꝓhemiũ vide
licet talis decreti / ⁊ capitulũ in quo ſcribebať de modo reuerſionis no
ſtre a loco celebrãdi cõcilij ad ꝯſtãtinopolim ꝑmittente deo / qd̃ abſit
nõ fieret vnio eccleſiarũ xpi in tali ſynodo. Quia nõ exprimebať in eo
de hoc determinate ⁊ manifeſte. Predicti autẽ ambaſiatores vidẽtes
diſplicentiã ⁊ reſiſtentiã noſtrã / nec aliter rem ipſam poſſe habere pro/
greſſum. Conceſſerũt ⁊ ꝓmiſerũt curare in p̄dictis videlꝫ qd̃ dicta ſan/
cta Synodus dabit ⁊ exhibebit nobis capitula in dicto decreto cõtẽ/
ta cum ꝓhemio modo ⁊ forma quibꝫ in litteris ipſoꝝ ꝓmiſſorijs cõti/
netur / et circa reuerſionẽ noſtrã de ſynodo ad ꝯſtantinopolim in caſu
quo nõ ſequereť dicta vnio qd̃ abſit facere / ⁊ adimplere ꝓut habeť in
forma ſaluicõductus p̄dicti. Hijs itaq; ſic ꝓgreſſis / et inter nos cõcor
datis petierũt / et ipſi ambaſiatores vt ⁊ ꝓmittamus ⁊ nos abſq; con/
tradictiõe ire ⁊ accedere ad locũ in quo celebrabiť deo ꝯcedẽte vtrinq;
catholica ⁊ ycumenica ſynodus. Qui quidẽ locus eſſe debet vnus ex
nominatis in decreto quicũq; nominabiť per dictum ſacrum conciliũ
Baſilieñ. ſicut in ſupradicto decreto ipſius ſacri concilij contineť. Etiã
ꝙ exire debeamus hinc a cõſtantinopoli in accedẽdo verſus locum ce/
lebrandi ycumenici concilij a p̄ncipio ſequẽtis Junij indictionis deci
me quinte / ſicut conuentũ eſt inter nos ⁊ ipſos ambaſiatores ſacri cõ/
cilij. Et quia etiã ad maiorẽ cautelam ⁊ firmitatẽ horum omniũ petie
runt fieri ſigillũ noſtre humilitatis / humilitas noſtra grato aĩo ratio
nabili petitioni eorũ annuens p̄ſens ſigillũ per quod in ſpiritu ſancto
diſponit qd̃ ſi dicta ſacra Synodus Baſilieñ. remediũ a ꝓpoſuerit in
p̄dictis videlicet ſi capitula in dicto decreto contẽta cũ prohemio in for
ma ſicut hic per ambaſiatores ipſius Synodi concordatũ eſt nobis
dixerit ⁊ compleuerit omnia in eiſdem capitulis ſcripta oportune ſi
militer et fecerit ſaluumconductũ cum capitulo de modo reuerſionis
noſtre ad conſtantinopolim vt prediciť. Reliqua etiam vt ambaſiato/
res ipſius nobis ꝓmiſerunt ⁊ nobiſcum ꝯuenerunt. Exibit humilitas
noſtra cum potentiſſimo ⁊ ſancto meo imperatore cum deo ſine con/
tradictione a conſtãtinopoli ſecundũ predictũ tempus et cum ceteris
debentibus intereſſe ad accedendũ ad locum vbi celebrabiť ſanctum
catholicum et ycumenicũ conciliũ abſq; impedimento rationabili ve/
ro et manifeſto etiam ſi bellum quod abſit ab infidelibus foret ⁊ inſta
ret ciuitati noſtre conſtãtinopolitane ⁊ in robur et confirmationẽ ſu/
pradictorũ. Factum eſt preſens ſigillum noſtre humilitatis in menſe
Nouembris. Inditionis decimequarte. Anno ab adam ſeu mũdi cõ/
ſtitutione. Sexmilleſimononagenteſimoquadraginteſimoquarto.
A natiuitate vero domini Milleſimoquadringenteſimotriceſimo/
quinto.

# Seſſio viceſimaquarta

¶Bulla indulgentiarum remiſſionis omniū peccatorum ſemel in vita et ſemel in morte.

SAcroſancta generalis Synodus Baſilieñ. in ſpiritu ſancto legittime cōgregata vniuerſalē eccleſiā repſentās. Vniuerſis chriſtifidelibus ſalutē ⁊ omnipotētis dei benedictionē. Vox illa iocūditatis ⁊ leticie ad populū iſraeliticū olim de celo lapſa/ eadē nūc per os huius ſancte Synodi in auribus populi xp̄iani inſonans. Clamat cōſolamini cōſolamini popule meus dicit dn̄s deus veſter/ loquimini ad cor Jeruſalē et aduocate eā quoniā cōpleta eſt malicia eius ⁊ dimiſſa eſt iniquitas illius/ merito cōſolari ⁊ letari te debes plebs chriſtiana cū his nouiſſimis dieb; tanta leticie cauſa offertur quātā vix vnq̄ꝫ experta es vno eīn eodēqꝫ tēpore plenariā omniū peccatoꝝ veniā cōſequeris. Et fratres tuos quoꝝ innūerabilis eſt multitudo quīgētis ferme annis a tuo cōſortio ſegregatos tibi ꝑrime reuniri ſperas. O quāta erit iſta iubilatio. O quam ſuaue cordibus chriſtianoꝝ orieť gaudiū cum primū homines deo/ et ipſi interſe fraterna charitate cōciliabunť / quas igitur chriſto noſtro pro hac duplici leticia/ qua nulla maior deſiderari poteſt/ gratias agemus quis dn̄i miſericordias ad plenū enarrabit/ qui populū chriſtianum varijs vndiqꝫ calamitatibus hoc tēpore afflictū tāta gaudij nouitate conſolať. Ecce popule dei adeſt tibi annus iubileus annus remiſſionis omniū peccatoꝝ/ annus generalis vnionis eccleſie. Proinde loquimini omnib; xp̄ifidelib;/ qui in ſancta habitāt hieruſalē peregrinante in terris ad cor eos cōſolando/ et aduocate eos ad hanc duplicem leticiā. Quoniā malicia tam diuturni ſciſmatis quod innumerabilia eccleſie ſancte dei mala intulit auxiliante dn̄o vt cōfidimus cito complebiť ⁊ finem accipiet. Iniquitas quoqꝫ peccatoꝝ que huius ſciſmatis ⁊ ire dei cauſa fuit diuina clemētia remitteť. Conſurge ergo cōſurge induere fortitudine tua ſyon. Induere veſtimentis glorie tue hieruſalē ciuitas ſancta. Quā fortis ⁊ glorioſa eris tunc mater eccleſia cum oēs qui chriſtū colunt ab occidēte in orientē eodem fidei ⁊ charitatis vinculo vnitos cōſpicies. Ingemuiſti hactenus nimio dolore afflicta/ cum a ſeuiſſimis Turcis et Sarracenis alijſqꝫ chriſtiani nominis inimicis/ et innumeras patereris iniurias. Iacturas pſecutiōes ⁊ obprobria ⁊ nemo te ꝯſolari poterat cum paſſim videres filios tuos oīs ſexus etatis ⁊ dignitatis in ſeruitutē trahi/ et qđ ſeruitute deteriꝰ eſt plurimos ab vberib; tuis abſtractos ad impiū mahumeti cultum ꝑduci. Harū autē calamitatū qđ aliud q̄ꝫ hoc diuturnū ac peſtiferum ſciſma cauſa extitit. Sed diuino munere appropinquat iam tēpus vt omni penitus extincto diſſidio vnitas ſancta fiat. Que cum impleta fuerit atqꝫ hi magni populi occidētales et orientales fraternū fedus ſimul inierint nemo tūc fortitudini tue reſiſtere poterit. Tūc abiectis lugubribus cōſurgens regina eccleſia in veſtitu deaurato circundata

varietate/ et qui te olim ꝑſequentes conculcabāt ꝓcident coram te / et
venient ad te qui detrahebāt tibi/ et adorabūt veſtigia pedum tuorum
O vos oēs qui chriſtiano nom. neceſſemini expergiſcimini iam talia
audiētes plaudite manibus ⁊ iubilate xp̄o ſalutari noſtro. Ecce nunc
tēpus acceptabile/ ecce dies ſalutis / ecce iam pater miſericordiarū/ et
deus totius cōſolationis viſitat nos in abundātia gratie ⁊ felicitatis/
aſſurgite ⁊ occurrite illi in humilitate ſpiritus in oratiōibꝫ atq; elemo-
ſinarū largitate/ vt qui pro peccatis veſtris iuſte iratus / tam diu hoc
ſciſma durare paſſus eſt/ et multis ꝑſecutionū flagellis ab his qui in-
tus/ et ab his qui foris ſunt vos cedi ꝑmiſit. Nunc purgatis ⁊ emēda-
tis indulgens ſanctā inter vos vnionē inſpiret vnitiſq; nō ſolum perdi
ta reſtauret. Sed ⁊ vobis veſtros ſubijciat inimicos audiſtis pridem
ſolennes ambaſiatores sereniſſimi imperatoris grecorū ac patriarche
conſtātinopolitani ab hac ſancta Synodo accerſitos Baſileā adue-
niſſe/ et tandem deo ꝓpicio cōcluſiſſe nobiſcū modū huius ſancte vni-
onis ꝑficiende aſſenſu ſanctiſſimi dn̄i Eugenij pape accedente vt vide
licet ad locū Synodi vniuerſalis tam noſtri q̄ȝ ſui archiep̄i et epiſco-
pi ipſeq; imperator ⁊ patriarcha cōſtātinopolitanus alijq; orientales
eccleſie patriarche accedāt. Ut autē tantū opus certius firmaret᷑ Tres
noſtros oratores poſtea cōſtātinopolim deſtinauimus vt ab ipſis im-
peratore ⁊ patriarcha ratificationē eorū que hic ſui concluſerūt amba-
ſiatores obtinerēt Que oīa ipſi imperator ⁊ patriarcha iuxta noſtri
decreti capitula ratificarūt et approbarūt / et litteras latino Grecoq;
ſermone ſcriptas/ et eorū manibus ſubſcriptas bulliſq; aurea ⁊ plum
bea munitas per vnum ex tribus noſtris oratoribus ad nos nuper re
uerſum tranſmiſerūt. Et cum ad ipam Synodū ꝓprijs expenſis tam
ꝓcul de partibus orientalibus greci ꝓficiſci nequeāt opus fuit vt expē-
ſas inueniēdo ſtandoq; ⁊ redeundo neceſſarias/ et quaſdā alias ꝓ tui-
tione ciuitatis cōſtātinopolitane ne imperatore abſente a Turcis for-
ſitan expugnari poſſet polliceremur. Et q̄ȝq̄ȝ huiuſmodi impenſe nō
nullis graues viderent᷑. Nos tamē animaduertētes q̄ȝtus dei honor
⁊ ꝑfectus eccleſie/ q̄ȝta exaltatio fidei orthodoxe q̄ȝtum incrementū no
minis chriſtiani/ quot miliū animarū ſalus/ q̄ȝntaq; vtilitas et innu-
merabilia bona populo chriſtiano hinc forent prouentura/ nō ſolum
ipſas impenſas/ ſed ⁊ ꝑſonas ꝓprias fore exponēdas dignū eſſe iudi
cauimus. Spem ponētes in dn̄o cuius negociū agit᷑/ ⁊ in charitate ac
deuotione fideliū/ qui dum talia intellexerint ſubſidijs ⁊ auxilijs opor
tunis nō deerūt. Si chriſtus deus noſter ſanguinē ſuū toto p̄cioſiorē
mūdo pro noſtra redēptione effudit. Si eius veſtigia ſecuti apl̄i atq;
alij ſancti viri ꝓ ſalute ꝓximorꝫ ⁊ incremēto fidei corpora ſua libenter
morti obiecerūt/ q̄d nos facere oportet a quibꝫ nō niſi caduca hui⁹ mū
di ſubſtātia efflagitat᷑. Si reges ⁊ p̄ncipes ꝓ recuꝑandis expugnādiſ-
q; ciuitatibus ⁊ opidis multo ampliorem ſummā exponere ſoliti ſūt.

Si deniqꝫ ꝓ agēdis facultatibꝫ et vanitatibꝫ ſeculi ſe et ſua multis periculis hoies ſubijciunt/ ⁊ vt exemplo vtamur ſaluatoris Querēs aliquis p̄cioſam margaritā cum inuenerit ipſam vendit oīa bona ſua et emit illā Nōne eccleſia dei et vniuerſus ppl's chriſtianus facere hanc impenſaꝫ poterit et debebit Ex qua nihil terrenū nihil caducū/ſed oīa q̄ ſupra memorauimꝰ bona ſuccedant Si vna dūtaxat aīa chriſto carior eſt q̄ꝫ totū mūdi aurū nos vbi milia miliū ſaluāda ſunt auari aut negligētes videbimur Cōſueuit aliquādo eccleſia ad liberādū de manibus infideliū terrā ſanctā ſeu ꝓ debellandis hereticis indicere generale paſſagiū cōuocareqꝫ reges et principes et alios bellatores/ vt armis iſta ꝑagerent necnō ⁊ ꝓ alijs iuſtis cauſis ab omnibꝫ xp̄ianis ſubſidiū poſtulare/ad que vt ꝓmptiores efficeret donis ſpiritualibus plenarie remiſſionis pctōꝝ inuitauit ꝑfecto ſi veterū reuoluant̄/ hiſtorie nulla vnq̄ꝫ affuit cauſa iuſtior q̄ꝫ iſta eſt/ nec ꝓ qua chriſticole omnes ſe et ſua libentius exponere deberent/ Hic eni nō ſolū ad recuperandā terrā intendit̄ ſed etiā milia miliū animaꝝ ꝓ quibus mediocre ſubſidiū petit̄ Unde impenſe grandes ꝓmiſſe ſine quibus tam ſanctū opus ꝑfici nequit inueniri poſſint Quis igit̄ ꝓ tanto vniuerſe eccleſie bono/ ꝓ qꝫ tanto ſue anime merito portiunculā rerum ſuarū quas dono dei obtinet denegare audebit. O felicē ⁊ p̄cioſam elemoſynā que regnū celorum promerebitur/ et que tantam fidei catholice vtilitatem dabit O beatum illuꝫ hominem quem dominus ad tam ſanctū opus inſpirauerit/ Hunc quidē ſicut ſcriptum eſt In die mala liberabit dominꝰ. Licet autem ex debito chriſtiane ꝓfeſſionis quiſqꝫ ad hoc ſctm̄ negotiū pro viribus cōtribuere ac ſubuenire obnoxius ſit Nihilominus vt eo libentiꝰ oēs faciant quo ſe hic et in futuro ſeculo peramplius remunerādos fore intellexerint. Decernit hec ſancta Synodus vniuerſam eccleſiam repreſentans ſponſam chriſti affluenter aperire ſpirituales theſauros quos ipſe ſaluator aſcendens in celum ſibi reliquit Omnibus xp̄ifidelibꝫ vtriuſqꝫ ſexus qui ad hoc ſāctū opus tātū cōtribuerint q̄ꝫtū quiſqꝫ vna integra hebdomada ꝓ ſue ꝑſone ac familie ſi eā habuerit refectione exponit vel ſi de proprijs viueret exponeret Religioſis quoqꝫ pro quibus ſuus conuentus aut ſuperior vel alius iuxta predictam rationem erogauerit omniū ſuorū peccatorū/ de quibus corde contriti et ore confeſſi fuerint auctoritate omnipotētis dei/ et eius miſericordia confiſa illarꝫ plenariam remiſſionē impartit̄ ſemel in vita et ſemel in mortis articulo quā eccleſia concedere ſolet omnibus euntibus romam tempore iubilei vel cruce ſignatis ad recuperationem terre ſancte tp̄e paſſagij generalis ⁊ in retributione iuſtorū ſalutis eterne pollicetur augmentum Ita tamen q̄ per annum integrum ſi vixerint ſingulis ſextis ferijs impedimento ceſſante/ Aut ſi dictis ſextis ferijs ex precepto eccleſie regulari obſeruantia iniuncta penitentia voto vel alias ieiunare teneantur vna alia die ſingularum ſeptimanarum

eiuſdē anni qua ad ieiunandū nō ſint aſtricti ieiunēt / aut ad iudiciuꝫ
ſui ꝯfeſſoris i alia pietat̃ opa cōmutēt. Ac etiā eadē die qua ieiunabūt
vel vt premittit̃ ieiunare deberent. Si ſint clerici ſeptem pſalmos vel
miſſā. Si layci ſeptē pater noſter / ⁊ ſepties aue maria dicere ſint aſtri
cti / vel alia pietatis opera iudicio ſui cōfeſſoris agant. Quod ſi cōuē
tus tales ſint qui nihil in cōmuni poſſideāt / vel alie pſone victum ve/
ra mendicitate querētes / ſeu alias cōtribuere nō valētes ne huius ſpi
ritualis muneris ſint expertes. Si vltra ieiuniū vt p̄dicitur obſeruan
dū ſingulis diebus vnius anni p̄dictos pſalmos ⁊ miſſas ſi clerici. Si
layci p̄dictas orationes ceſſante legittimo impedimēto eo modo quo
ſupra exprimit̃ ſupplendo dixerint / vel alia pietatis opera ſui cōfeſſoris
iudicio vt p̄mittit̃ exercuerint / ac pro felici huius negocij cōſūmatione
deum ſuppliciter exorauerint eandē plenariam remiſſionē cōſequant̃.
Erogantibꝫ autē ad idem opus q̃tum vna die pro ſe ſueqꝫ familie ex/
penſis vel ſi de ꝓprijs viueret exponeret ſeptem annos / et totidēꝫ qua
dragenas de iniunctis ſibi penitentijs elargit̃. Et vt hi omnes ad hu
iuſmodi indulgētie gratiā aptiores exiſtant omnibus ſacerdotibus ſe
cularibus ⁊ regularibus alias diſcretis quos in cōfeſſores pro huiuſ/
modi cōſequēda indulgētia elegerint. Indulget vt cōfeſſionibus eorū
auditis ipſos a quacūqꝫ excōmunicationis ſuſpēſionis et interdicti ſen
tentia a iure vel cōſtitutione ſeu etiā non nominatim ſed generaliter ab
homine lata / et a quibuſcūqꝫ alijs / ꝓpter q̄ etiam ſedes apoſtolica me
rito eſſet cōſulenda impoſita ſatiſfactione his quoꝝ intereſt ⁊ reſtitu/
tione faciēda ſalutarē iniungant penitentiā / et debite abſolutionis in
foro penitētiali dumtaxat in forma eccleſie beneficiū impendāt. Quā
ſatiſfactionē ac reſtitutionē ſi infra terminū a cōfeſſore ſtatutū facere
neglexerint huiuſmodi indulgētia in nullo ſuffraget̃. Ac cū clericis ſuꝑ
irregularitate occulta alias quā ex bigamie vel homicidij voluntaria
cauſa cōtracta diſpēſent. Super voto vero ꝑegrinationis ſeu abſtinē
cie / aut alijs ſimilibus que ipi fideles emiſerint. Etiā ſi vltra marina
aut alia loca ſeu limina ſanctoꝝ Petri ⁊ Pauli ac iacobi apoſtoloꝝ vi
ſitare vouerint ſeu alias nō impletis diſpenſandi eiſdem cōfeſſoribus
etiam facultatē concedit. Ita tamē ꝙ ipſi cum quibus taliter diſpenſa/
ri cōtinget / expenſas quas ad loca huiuſmodi vel pro alijs votis im/
plendis iuxta ipſoꝝ confeſſorū taxationē feciſſent ad hanc cauſam cō
tribuant / ⁊ vt nulla cuiquā peccati rubigo remaneat. Vult ⁊ indulget
hec ſancta Synodus vt quicūqꝫ ex vſurario vel nō debito queſtu ſeu q̄
litercunqꝫ illicite aut indebite aliquid ꝑcepiſſet. Seu bona ablata aut
queuis incerta poſſideat / ſi nō extant vel ignorent̃ pſone / quibus faciē
da eſſet reſtitutio aut res quaſcunqꝫ tenēte cuiuſcūqꝫ ſtatus aut religi
onis exiſtant in quorū detentione cōſcientie eorum grauant̃ vel que de
iure ad pias cauſas per eccleſiā deberent exponi / huiuſmodi res et bo
na ſeu valor. Necnō ⁊ qui arma vel alia ꝓhibita infidelibus ſeu hereti/

cis portauerūt lucrum quod inde ꝑceperūt ad hoc opus iuxta ſuam ⁊
ſui confeſſoris conſcientiā/ et extimationē tradere teneant̄. Jubet inſu
per eadem ſancta Synodus/ vt habita huius decreti noticia omnes
dyoceſani in cathedralibus collegiatis et ꝑrochialibus in quibus eis
viſum fuerit/ ac etiā generales ordinū mendicantiū in cōuentualibus
eccleſijs eis ſubiectis/ mox diſponāt quatenus verbū dei per p̄dicato/
res idoneos ad populū annunciet̄ p̄dictas indulgētias publicādo/ et
fideliter exhortādo ad ſubſidiū in tam pijſſima cauſa impēdendū: qui
bus p̄dicatoribus ⁊ p̄dicationē audiētibus/ ac etiā om̄ibꝰ alijs qui cir/
ca p̄dictam extimationē ſubſidiū aliquod vel auxiliū in hac re dede/
rint/ cētū dies de iniunctis penitētijs ſingulis vicibus in forma eccle
ſie relaxat. Ne autē in colligēdis ac cōſeruādis pecunijs fraus aliqua
cōmittat̄. Ordinat ſancta ſynodus ꝙ in qualibet cathedrali in ciuita
tibus. Jn opidis vero et malis locis in p̄ncipali eccleſia vnus cyppus
truncus vel capſa ponatur vbi tanq̄ȝ in gazophilatio dn̄i/ quilibet pe
cunias erogādas/ ac incerta ac ablata ſeu illicite q̄ſita reponere poſ/
ſit ⁊ debeat. Cuius ſint tres claues/ quarū vnaȝ teneat Epiſcopus vel
cui voluerit ipſe cōmittere pro quolibet trūco in omnibꝰ locis ciuitatis
⁊ dyoceſibus capitulū aliam in cathedrali p̄latus ſeu rector in p̄ncipa
li. Tertiā timoratus aliquis vir quē ciuitas opidū ſeu locus deputare
voluerit/ qui diebus per eos ſtatuēdis talem cyppū truncū vel capſam
coram notario vel duabus fide dignis aperiāt ꝑſonis/ et pecunias ad
fidas manus deponant eas ſine fraude diminutione vel cōtradictiōe
illi vel illis aſſignaturi/ quas hec ſācta Synodus ad hoc deputauerit
Qꝫ ſi in cāpeſtribus locis vel alibi periculū ſeu detrimentū in cōſerua/
tione pecuniarū per modum ſuperius exp̄ſſum veriſimiliter timeret̄/
dyoceſani vel ad colligendū huiuſmodi pecunias ab hoc cōcilio depu
tandi ꝓut magis expediens viſum fuerit vtiliter ꝓuideant/ quicunq̄ȝ
autē etiam ſi pontificali au regali p̄fulgeat dignitate fraudē furtum ſi
ue rapinā circa p̄dictas pecunias/ ſeu impedimentū ex ꝓpoſito ⁊ mali
cioſe in hoc ſanctiſſimo opere fecerit vltra indignationē omnipotentis
dei ⁊ reatum ſupremi ſacrilegij ſententiā excōmunicationis incurrat/ a
qua niſi prius plenaria facta reſtitutione ⁊ impedimēto ſublato abſol
ui nō poſſit. Vult autē hec ſancta ſynodus ꝙ elapſo biennio a die pre/
ſentis decreti p̄dicte indulgētie ac facultates nemini cōcedi valeant pre
terq̄ȝ in mortis articulo/ quo ad illos qui infra biennium vt ſupradi/
ctum eſt cōtribuerint. Quodq̄ȝ ꝑſonis illis que ſub ſpe huius gratie et
indulgentie aliquid cōmiſerint in nullo huiuſmodi gratia ac ſpecialis
cōceſſio ſuffragetur. Et quia difficile foret p̄ſentes litteras ſingulis ex/
hibere. Decreuit hec ſancta ſynodus vt earū tranſumpto manu publi
ca auctoritate archiepiſcopi in tota ꝓuincia/ et ordinarij in ſua dyoceſi
ꝓprio ſigillo munito tanq̄ȝ litteris originalibꝰ plena fides in om̄ibus
adhibeat̄. Datum Baſilee in ſeſſione publica huius ſc̄tē ſynodi ſolem/

niter celebrata in eccl'ia maiori Baſilieñ decimooctauo kl'as maij. an
no a natiuitate dñi. Milleſimoquadringēteſimotriceſimoſexto.

¶Seſſio viceſimaquinta de locis fu
turi et ycumenici concilij pro grecis.

SAcroſancta generalis ſy
nodus Baſilieñ. in ſpiritu ſancto legittime cōgrega
ta vniuerſalē eccleſiā repſentans. Ad ꝑpetuaꝫ rei me
moriā. Nuper hec ſancta ſynodus inter varias ſolli
citudines quib9 inſcrutabilis diuine altitudinis pro
uidentia eam inuocatione ſui ſpiritus paracliti ad
excolendū dominici gregis agrum adunari operari
qꝫ dignata eſt interne mentis oculos more agricole puigilis reuoluēs
ꝛ attente ꝓſpiciens q̄ꝫ deflende diutina occidentalis ꝛ orientalis eccle
ſiarū in eiuſdē fidei ꝓfeſſione diuiſio in dei ꝑſtitit ꝛ durauit eccleſia de
clementiſſima eius bonitate apud quē nihil eſt impoſſibile quiqꝫ di
gne poſtulātibus affluenter dat et large ſpem ſuſcipiens et fiduciā ad
procurandā inter ipſas eccleſias catholice fidei vnitatem ſue diligen
tie curas tanto accuratius non parcendo laboribus vel impenſe adhi
bere decreuit / quanto ex hoc ad omnipotentis dei laudem et gloriam
vberiorem animarum ſalutem maiuſqꝫ ipſius fidei incrementū proue
nire cognouit. Cupienſqꝫ propterea ſuffraganti ſpiritus ſancti gratia
tam ſaluberrimū vnionis negocium aggredi ꝛ amplecti / ad illud ſe
reniſſimum romeorū imperatorē ꝛ venerabilē patriarchā conſtātino
politanū ceteroſqꝫ prelatos / et alium grecoꝝ populū per diuerſos ora
tores ꝛ litteras duxit inuitandos pariter ꝛ exhortandos. Quiquideꝫ
imperator ꝛ patriarcha et alij greci volente et eorum corda altiſſimo
inflamante exhortationes huiuſmodi alacribus animis ſuſcipientes
ipſumqꝫ vnionis negociū aggredi ſinceris affectibus perhibentes ſu
os ſolennes oratores et nuncios ſufficienti mandato. Bulla aurea et
proprie manus ſubſcriptione Imperatoris. Bullaqꝫ plumbea patri
arche predictorū munito ſuffultos feruentiſſimuꝫ eorundem ad hanc
fidei vnitatem zelum deuotiſſime explicantes / ad eandem ſacroſan
ctam Synodum duxerunt deſtinandos. Cum quibus ipſa ſancta ſy
nodus diuerſis tractatibus et deliberationibus preuijs pro executi
one ꝛ conſummatione felici tam ſalutaris operis nonnulla decreta et
capitula ad hoc ſumopere neceſſaria et vtilia ſuperius inſerta. Et du
dum in certa ſeſſiōe ipſius ſancte Synodi in maiori eccleſia Baſilieñ.
celebrata publicata animo cōcordi concluſit. Volenſqꝫ deinde hec ſan
cta Synodus decreta ꝛ capitula huiuſmodi vijs et modis omnibus
neceſſarijs ꝛ oportunis proſequi ac iuxta illa ad electionē loci ꝓ futuro
ycumenico cōcilio in q̄ impator ꝛ patriarcha p̄dicti alijqꝫ greci cōuenire
poſſent ꝛ deberent celebrando mature ꝓcedere. Habitiſqꝫ ſuper his et

aliȷ̄s hanc piam rem cõcernentibus in diuerſis ipſius ſancte Synodi deputationibus multiplicibus ꝓpoſitionibus ⁊ tractatibus illiſqȝ cũ votorũ ſuppoſitorũ eorundẽ ſcrutinio diligẽti recenſitis. Demũ in generali cõgregatiõe ad hoc in maiori eccleſia p̄dicta vt moris eſt indicta. Et iterũ votis ſingulorum in eadem ſcrutatis repertoqȝ duplo maiorem partem / et multoplus vota ſua direxiſſe in Baſileã auinionẽ vel Sabaudiã. Inuocata ſpiritus ſancti gratia poſt miſſarũ ſolẽnia concluſuȝ fuit ⁊ conuentũ quod apud imperatorẽ patriarchã / ⁊ alios grecos p̄dictos diligens ⁊ debita fieret inſtantia / cum allegationibꝫ et expoſitionibꝫ plurimarũ rationũ que ad id allegari ⁊ adduci poſſent / vt ex diuerſis bonis reſpectibus ciuitatẽ Baſilieñ. acceptarẽt pro dicto icumenico cõcilio ibidẽ celebrãdo / quã ſi eos om̄ino recuſare cõtingeret / extunc ciuitas Auinioneñ. locus eſſet ipſius ycumenici cõcilij ibidem celebrãdi. Si tamẽ illud in eadẽ celebrari non poſſet. Ex tunc in Sabaudia conciliũ celebraretur antedictũ. Ut igitur p̄miſſa om̄ia ⁊ ſingula debitũ ⁊ votiuũ ſortiantur effectũ cum om̄i ſolẽnitate alias in hoc ſacro Baſilieñ. cõcilio in rebus arduis expediẽdis adhiberi ſollicita patribus in maiori eccleſia Baſilieñ. poſt miſſarũ ſolennia cõſedẽtibus. Hec ſancta Synodus decernit vult ſtatuit ordinat ⁊ declarat futurũ ycumenicũ conciliũ in Baſilieñ. aut illa recuſata in auinione ciuitatibus. Alioquin in ſabaudia iuxta cõcluſionẽ ſupradictã debitis ⁊ ꝯuentis tẽporibus debere celebrari. Quos imperator ⁊ patriarcha ⁊ aliȷ̄ greci p̄dicti iuxta capitulata ⁊ decretata huiuſmodi / necnõ oẽs et ſinguli aliȷ̄ cuiuſcũqȝ gradus ſtatus dignitatis vel p̄eminentie exiſtãt qui generalibus cõciliȷ̄s de iure vel cõſuetudine intereſſe debent. Etiã ſi pontificali p̄fulgeant dignitate ad illud debeant ⁊ teneantur maxime pro cõſũmatione tam ſalutaris operis accedere / et etiam cõuenire / ⁊ hanc p̄miſſam nominationẽ ⁊ electionẽ vult ſtatuit ⁊ decernit vt ſit firma inconcuſſa ⁊ inuiolabilis quacũqȝ alia modificatione ordinatione diſpoſitione nominatione ſeu electione per ipſum ſacrũ conciliũ ſeu aliũ vel alios quacũqȝ etiã auctoritate papali fungẽtes in cõtrariũ factas ſeu factis minime valitura ſeu valituris. Quã ſeu quas hec ſancta Synodus ex certa ſciẽtia exnũc irritat caſſat reuocat ⁊ annullat ſeu caſſa nulla ⁊ irrita nũciat ⁊ ꝓ infectis illã ſeu illas habere vult et p̄ſentibꝫ habet quatenus in totum vel in partẽ p̄miſſe electioni obuiant vel repugnãt Supplet etiã hec ſancta ſynodus ex certa ſcientia omnẽ defectum. Si quis in p̄miſſis vel aliquo p̄miſſoruȝ forſitan interuenerit. Et inſuper cum res tam ardua plurimũ in dei eccleſia fructũ allatura ſine grauibus expenſarum ſarcinis cõſummari. Et greci p̄dicti adduci / adductiqȝ ſuſtentari nõ valeant / dignũqȝ et debitũ exiſtat vt pro cõſummatione tam felicis operis chriſtifideles vniuerſi maxime eccleſiaſtice ꝑſone de cõmiſſi ſibi patrimoniȷ̄ dñi noſtri Jeſu xp̄i ſubſtãtiȷ̄s liberali diſpenſatione miniſtrẽt. Hec ſancta ſynodus vniuerſis ⁊ ſingulis eccleſiaſticis

perſonis exemptis et nõ exemptis ſub quacũqꝫ verborũ forma. Etiã ordinis ſancti Johãnis hieroſolomitani cuiuſcũqꝫ ſtatus dignitatis gradus ordinis vel cõditionis exiſtant/ Etiãſi cardinalatus vel pontificali ꝑfulgeant dignitate generalẽ omniũ et ſingulorũ eccleſiaſticorũ fructuũ et ꝓuentuũ quotidianis diſtributionib⁹ dũtaxat exceptis decimã de ſuis eccleſijs monaſterijs dignitatib⁹ et officijs/ Ceteriſqꝫ eccleſiaſticis beneficijs in ſua generali cõgregatione iam impoſitã et cõcluſam ꝑſoluendũ et exigendũ decernit ſtatuit et declarat imponẽdum eamqꝫ imponit per preſentes.

PReterea dicta ſancta Synodus decernit vult ordinat ⁊ declarat ꝙ venerabiles Johãnes lubiceñ. Ludowicus viſeñ. Delphinus parmeñ. ⁊ Ludowicus lauſaneñ. epĩ ipſius ſacroſancte Synodi oratores ad cõducendũ Grecos ad locũ icumenici cõcilij eorũqꝫ maior pars tũc ꝑſens portũ latinũ locis ſupra electis/ et nominat̃ aptiorem et appropinquiorẽ ad quẽ dicti greci vltimo debeant applicare eligẽdi ⁊ nominãdi plenã habeãt ptãtem/ illãqꝫ eiſdem ꝯcedit ꝑ ꝑſentes iuxta formã aliarũ litterarꝫ eis ſupinde datarũ. Poſtremo eadẽ ſancta Synodus vult ordinat et decernit ꝙ ꝓ premiſſorũ/ ⁊ ex eis dependentiũ debita ⁊ votiua executione dictorũqꝫ Sindicorũ et cõſilij ſecuritate pleniori ad omnẽ eorũ aut ſuorꝫ ꝓcuratorẽ vel nũciorũ petitionẽ ⁊ inſtantiã eis quecũqꝫ alie littere oportune vtiles et neceſſarie ſub bulla eiuſdẽ ſancte Synodi ꝑ ipſius cancellariã in forma debita et honeſta concedant̃ cõficiant̃ et etiã expediant̃. Datũ Baſilee in Seſſione publica hui⁹ ſancte ſynodi in eccleſia maiori Baſilieñ. ſolenniter celebrata nonas Maij. Anno a natiuitate dñi. Mccccxxxvij.

## ¶ Decretum de decimis

SAcroſancta generalis Synodus Baſilieñ. in ſpiritu ſãcto legitime cõgregata vniuerſalẽ eccleſiã repꝛſentãs/ ad futurã rei memoriã. Cũ nuper dilecti eccleſie filij Sindici et cõciliũ ciuitatis auinioneñ. ſummã ſeptuaginta miliũ florenorꝫ auri de camera ꝓ cõductione Sereniſſimi romeorꝫ imꝑatoris et venerabilis patriarche cõſtantinopolitani aliorũqꝫ grecorũ ad icumenicũ cõciliũ dante dño venturorũ iuxta cõcordata et concluſa eorꝫ ambaſiatorib⁹ neceſſariã huic ſacroſancte Synodo ⁊ vniuerſali eccleſie liberalit̃ mutuare obtulerint iãqꝫ ei⁹ partẽ exſoluerint ac reſtantẽ expeditis nõnullis ꝓ eorũ cautiõe ab ipſa ſãcta Synodo petitis in pecunia numerata exſoluere paratos ſe offerãt eadẽ ſancta ſynodus cupiens ꝓut decens eſt et debitũ dictorũ ſindicorum et cõcilij ne ex ſua liberalitate damnũ patiãt̃ indemnitati legaliter ꝓuidere omnes et ſingulas pecuniarũ quãtitates que ex indulgẽtijs ꝑ ipſam ſanctam Synodum vniuerſis chꝛiſtifidelib⁹ de bonis ſibi adeo collat̃ ꝓ proſecutione vnionis occidentalis et orientalis eccleſiarũ ad eãdẽ chꝛiſtiane fidei profeſſionẽ in dicto Concilio dño largiente procurãde

et ꝑficiendę largientibꝫ p̱ eius litteras ad diuerſas mundi partes dire-
ctas et iã in pleriſqꝫ locis ſolenniter publicatas cõceſſis/necnõ ex deci
ma generali p̱ eandem ſanctã Synodũ cauſam ob premiſſaꝫ impoſi
ta et concluſa hactenus prouenerũt ac prouenient in futurum Syn-
dicis et conſilio prefatis vſqꝫ ad ſummã ſupradictã exnunc obligãdo
hypothecando et aſſignãdo vult ſtatuit et decernit qđ ijdem ſyndici et
conſiliũ in omnibus et ſingulis quibꝫ maluerint et que eligenda dux
erint et ꝑſertim Francie Arrogonie Dalphinatus Britanie; Sabau-
die; et Burgundie regnis ducatibus terris prouintijs ciuitatibus et
dyoceſibꝰ auctoritate eiuſdẽ ſãcte Synodi et vniuerſalis eccleſie adle
uandũ exigendũ/recipiendum de pecunijs ex indulgentijs et decima
ꝑdictis vt ꝑmittit prouenientibꝰ vſqꝫ ad ſummã ꝑdictã et quouſqꝫ il-
la eiſdem integraliter fuerit p̱ſoluta quaſcunqꝫ perſonas idoneas ad
hoc eis vtiles et accomodas in ſuos collectores noiare eligere deputa
re et ordinare qõqꝫ perſone ipſe ſic per eos nominate electe et deputate
de pecunia huiuſmodi vſqꝫ ad ſummã ꝑdictã nomine ſyndicorum et
conſilij ꝑdictorũ petere exigere et leuare poſſint et debeant p̱inde ac ſi
per ipſam ſanctã Synodũ ad hoc deputate et nominate fuiſſent nec
nõ illos ſoluentes quoſcunqꝫ debita aſſignata quitantia a ſolutis ſint
liberi penitus et immunes. Promittit inſuper et pollicetur hec ſancta
Synodus qđ iam collectores ipſos ſic per dictos ſyndicos et conci-
lium deputatos quibuſuis colore et occaſione captatis directe vel in
directe/ſine expreſſo Syndicorũ et cõcilij ꝑdictorũ volũtate atqꝫ con-
ſenſu nullatenꝰ reuocabit/nec pecunias hmõi p̱ alios in eligẽdis p̱ di
ctos ſindicos et cõſiliũ regnis ducatibus terris ꝓuintijs ciuitatibꝫ et
dyoceſibꝫ ꝑdictis ſine cõſenſu ſimili exigi colligi vel leuari faciet/ aut
eorũ collectoribꝫ hmõi quominꝰ illas vſqꝫ ad ſummã ꝑdictã ꝓ ſyndi-
cis et cõſilio ꝑdictis libere colligere ⁊ leuare valeãt impedimẽtũ aliqđ
ꝑſtabit ſeu ꝑſtari patiet quoquomõ/ quinimmo regũ principũ et aliorũ
dñorũ in quorũ regnis territorijs et dominijs eoſdẽ Syndicos et cõ-
ſiliũ electionẽ antedictã facere ꝯtigerit ſup̱ libera exactione et collectio
ne pecuniarũ ex indulgẽtijs et decima hmõi vt ꝑfert ꝓuenientiũ fauo-
rem et cõſenſum cohertionẽ quoqꝫ ſi opus fuerit et brachij ſecularijs
auxilij ꝓcurabit ⁊ ordinabit aliaſqꝫ eoſdẽ Syndicos ⁊ cõſiliũ ſup̱ in-
tegra ⁊ reali reſtitutione et ſatiſfactione dicte ſũme omnino reddet in-
demnes/ꝑterea eadẽ Synodus vult ſtatuit et decernit/ qđ ſup̱ exacti
one pecuniarũ hmõi Sindicis et cõſilio ꝑdictis/quecũqꝫ littere et pro
ceſſus cõpulſoriales ⁊ penales cum omnibus et ſingulis clauſulis ne-
ceſſarijs et oportunis concedantur conficiant. Et etiam per ipſius cã
cellariam expediantur/alijs litteris in premiſſis et circa premiſſa eis
iam conceſſis in ſuo robore duraturis. Datum in ſeſſione noſtra pu-
blica huiꝰ ſancte Synodi in eccl'ia maiori Baſilieñ. ſolẽniter celebra-
ta nonas Maij. Anno a natiuitate dñi. M.ccccxxxvij.

¶Seſſio viceſimaſexta et eſt Monitorium cõtra papam et cardinales.

Sacroſancta generalis ſynodus Baſilieñ. in ſpũſãcto legitime cõgregata vniuerſalem eccleſiã repñſentãs ad ppetuã rei memoriã. Cũ xpi eccl'ia varijs et acerrimis languoribꝫ ſubiaceret hominũqꝫ peccata et puaricationes diuine legis magis ac magis indies pniciofo creſcerent augmẽto dignatus eſt omnipotẽs deꝰ fideliũ inſpirare cordibus / vt in Baſileã Germanie ciuitatẽ pfecto vndiqꝫ integerrimam Sacroſancta generalis Synodus cõueniret que pſertim in reformãdis moribꝫ tã in capite qꝫ in mẽbris / et excitandis cordibꝫ fidelium in obſeruationẽ legis dei vigilantẽ impenderet operã vt ⁊ diuinꝰ honor refloreret in terris / et repreſſis enormitatibus peccatorũ ad pcurãdã animarꝫ ſalutẽ efficatius ꝯuerteret hominũ ſollicitudo: Jam vero pluribus annis in ea re ꝑ ipſam Synodũ exhibiti ſunt indefeſſi labores cõmemorata frequẽtius extitit regnantiũ ſcelerũ multitudo q̃ vniuerſam chriſtianitatẽ in multas clades multaqꝫ diſcrimina adducere conſpicit / Eccleſia in chriſti nomine cõgregata cũctis palã curauit ingerere monita ſalutis die ac nocte clamitans / vt redirent puaricatores ad cor ⁊ obſeruarent legem dñi dei ſui. Deniqꝫ ſalubria decreta et ſacros canones inſtituit quibꝫ peſtis auaricie Symonie ambitionis / ⁊ aliorum vitiorũ que multorũ corda nimiũ incendebant arcerẽt a grege domini et iuxta precepta chriſti atqꝫ ſanctorũ patrũ inſtituta dignitates eccleſiaſtice atqꝫ beneficia dignis ⁊ idoneis paſtoribꝫ ac miniſtris gratuita collatione iuſtiſqꝫ et canonicis electionibus ac inſtitutionibꝰ diſtribuerẽtur / quorum medio vniuerſus clerus et populus ſalubriter regeretur ac perduceretur in ſalutem. Sed qđ heu dolentiſſime referimus ille qui primus hec exequi debuerat queqꝫ et chriſti precepta / et canones ſacrorũ conciliorũ p̄ ceteris ſeruare oportuerat / immo et ceteros ad horꝫ obſeruãtiã efficaciter inducere nulla vnqꝫ monitione nulla exhortatione induci iam longo tẽpore potuit / vt aliquã morum emendationem chriſto placentem / aut notiſſimorũ abuſuũ correctionẽ in eccleſia ſancta dei efficere ſatageret. Quinpotius conſpicit vniuerſus orbis ſub eius regimine maiora ſemper ſcandala grauioraqꝫ exoriri Sanctiſſimũ dñm Eugeniũ papã quartũ loquimur / quẽ frequẽtibus monitis / hec ſancta Synodus cũ plurima caritate ⁊ benignitate Tũ per ipſius Synodi oratores Tũ ꝑ litteras Tũ etiã per eiuſdẽ dñi Eugenij nuncios inducere curauit / atqꝫ etiã ꝑ aliquorum regũ et principum ambaſiatores hortatus eſt / vt ꝓ chriſti reuerentia et animarũ ſalute / ſalutari animarũ gubernationi operã daret Electiões ꝓborꝫ paſtorũ fieri aſſentiret / bñficia a chriſto gratꝫ accepta gratis diſtribueret

ceteraqꝫ in edificationē eccleſie ageret que iuxta canones ſanctorū pa-
trū eadē ſynodus pro animarū ſalute et vniuerſalis eccleſie ordinaue-
rat et quēadmodū ſacroſāctū generale cōſtātieñ. ꝯciliū irrefragabili et
catholice veritatis declaratione diffiniuit in hijs rebus que ad refor-
mationē vniuerſalis eccleſie in capite et in mēbris ꝑtinent obediret pa
riter quoqꝫ notū ſit qđ ſacra generalia cōcilia iuriſdictione ſuꝑ papam
vti poſſunt et cū clamoroſa inſinuatione vel alias ipſe vt ſcādalizator
eccleſie ſacro concilio deferř. Monuit quoqꝫ hec ſācta Synodus ipſū
dñm Eugeniū quatenus dignareř ambulare vnanimiter cū conſenſu
eiuſdē ſctē ſynodi i domo dei et adheſionē quā lrāꝝ ſuaꝝ teſtionio ſo-
lēniter huic eidē Synodo exhibuit factis ⁊ operibus adimpleret vt
pax et tranquillitas ſalutaris ꝑ vniuerſam vigeret eccleſiā. Sed in ad
uerſum proch dolor electiones pontificū et paſtorū ſedulo perturbare
viſus eſt tranſlationes prelatorū eis inuitis cōtra ſanctorū patrū et ſa
crorū canonū ac ſacri concilij cōſtātieñ. ſtatutorū formā et tenorem fa
cere diuiſiones ſcandala et ſciſmata ꝑ ſingulas fere vacantes eccleſi-
as ingerere vt plurimū eni vnus eligiř alteri vero per ipm ſuis reſerua
tionibꝫ iā ſublatꝭ innitētē ꝓuideř ipā electiōe reiecta imo ⁊ aduerſus fi
lios obediētieq́ decretis huiꝰ ſācti Synodi obedire voluerūt graues
cōpertus eſt fulminare ſententias ipſos ꝓlibito voluntatis a benefi-
cijs et dignitatibus mandādo priuari inhabilitari et excōmunicari in
collatione preterea ſeu expeditione dignitatū et beneficiorū et aliarum
rerū diſpenſatiōe etiā more incōſueto graues ſummas pecuniaꝝ exige-
re abuſus peſtiferos deteſtabili et abhorrēda ſpecie ſymoniace labis
reſperſos aduerſus iura diuina ⁊ humana in animarū ꝑniciem et ec-
cleſiarū orbis nō mediocre ꝑiudiciū ac ꝓuinciarū regnorū et ſingula-
rum patriarū depauperationē et exinanitionē cū pluribꝰ fouere in cre-
mentis dignitatibꝰ etiā ſeu vacantibꝫ beneficijs ꝓuidendo carnalita-
tis effectu nō iudicio rōnis nec eos exigendo qui in eccleſijs proficere
poſſunt Sed quorū vel ꝓcibꝰ delinitus extitit vel ꝓ quibus quiſpiā
maioꝝ rogaſſe cōpertus eſt aut qđ deterius eſt qui vt bñficiati fierent
muneribus impetrarūt nō aduertēs nihil eſſe quod eccleſie dei magis
officiat q̄ꝫ qđ indigni aſſumanř ꝑlati ad regimē animarū. Sententijs
inſuꝑ ſynodalibꝰ ſpretis quas olim ſummi pontifices maxima cū ve-
neratione ꝓſequebanř ꝓtenſas appellationes ab eiſdem interpoſitas
admittit ſentētias hmōi expreſſe reuocādo Ipſe inſuꝑ illos quos hec
Synodus pro cauſis iuſtiſſimis alligauit ſoluere defacto conatꝰ eſt
nulla ſatiſfactione ꝑacta Ceterū cū deceat romanū pōtificē iuxta ſacro-
rū canonū / ⁊ ſūmorū pontificū inſtituta ꝑ fratres ſuos ſacroſancte ro-
mane eccleſie cardinales qui ſibi in executione ſui officij coadiutores
exiſtūt ſua exercere cōſilia vt ipſorū ſalubribꝫ ⁊ prudētibꝰ cōſultis ſtatꝰ
eccleſie tam in ſpiritualibus q̄ꝫ tēporalibus rationabiliter dirigař Ip
ſe dominus Eugenius etiā in rebus grauiſſimis minime eorundē con

ſilia requirere fertur qui ſunt pars corporis ſui ſed aliorū extraneorꝫ
cōſultationē ſectatꝛ/ qui nō ex rationis iudicio ſed ex carnalitatis affe-
ctu nōnunqꝫ ꝑuenire videtur/ diſpenſatione quoqꝫ ſibi credita abutitꝛ
eam in diſſipationē cōuertendo/ et poteſtatē ſibi traditā in edificatio-
nem vertendo in deſtructionē plura vero grauia nobis obmittentibus
nouiſſima occurrūt cōſideratione miſeranda/ Audiuimꝰ quidē nuper
ciuitatem peneſtrinā cuiꝰ epiſcopali titulo vnus ex romane eccleſie car
dinalibus cōſueuit inſigniri per tolerantiā eius et ſuorū domeſticorꝫ
ac ſtipendijs romane eccleſie militantiū opera in ruinā miſerabiliter
decidiſſe Opida inſuper plurima in eiuſdem ſacte romane eccleſie pa-
trimonio conſiſtente aliqñ prede expoſita vt opiduꝫ Butrij Bononie
ꝑrimū aliquādo ſolo equatū. Et qui augmentū efficere debuerat ope
ratus eſt diminutionem Cū tamē ex dignitate ſummi pōtificatus nō
peccandi licentiā ſed bene viuendi neceſſitatē aſſecutus eſſe noſcatꝛ. In
operibus p̄terea fidem cōcernentibus cū hoc tēpore ꝓ icumenico con-
cilio cū grecis celebrando eccleſia indigeret ꝑut et de preſenti indiget
ſubuentionibꝰ fideliū populorū Ipſe ſubſtantiā eorū aliorſum diuerte
re ſatagens et ſubſidia fidei catholice multipliciter impediens Indul
gentias plenarias per loca diuerſa multiplicaſſe dicitꝛ et abſqꝫ cauſis
vrgentibus eas diſſeminando in grauē ꝑturbationē ſanctiſſimi ope-
ris pro ipſa fide orthodoxa per hanc Synodū inchoati/ aliaqꝫ pluri-
ma huiuſqꝫ ꝑegiſſe atqꝫ procuraſſe dicitꝛ que ꝓſecutionē rerum ad bo-
nū fidei orthodoxe et eius promotionē ꝑtinentia magnū impedimen-
tū et multā retardationē attulerūt Illud quoqꝫ multa reprehenſione
in tanto paſtore dignū eſt qꝺ iuramentū in aſſumptione ſui ad apoſto
latus apicem/ ſub certis ordinationibꝰ preſtitū/ ac deinde poſt ipſius
aſſumptionē ſub bulla ſua ſolenniter cōfirmatū minime ſeruaſſe dicitꝛ
ſed quod dolenter referimus vt a plurimis aſſeritꝛ ⁊ fama publica la-
borat ipſum notorie tranſgreſſus eſt Deniqꝫ eū ita agere cōſpicit vni-
uerſus orbis. Nā hec ſola que notoria eſſe dicuntꝛ eccleſiā vniuerſalem
ſcandalizantia recenſemus/ vt occaſione ſui vniuerſa eccleſia grauiſſi
mis turbationibus ſubiaceat Quibus niſi diuina miſeratio ꝓuideat
ruina prioribus inaudita ſeculis chriſtiano populo ꝓſpicitur immi-
nere Non autē ſolum in rerū ſpiritualiū regimine hanc ipſam ruinā cō-
ſideramus/ ſed et in gubernatione tēporaliū dominiorū ſancte roma-
ne eccleſie notorios defectus attendimus quoꝝ alienatores honorem
perdere felicis recordationis Symachus papa decreuit Quātas em̄
terras ipſe dominus Eugenius alienauerit quanteqꝫ eius incuria/ ⁊
inſolerti regimine deperdite et occupate ſint/ quātas ſtrages ſubdito
rum romane eccleſie/ quos etiā vt Bononieñ. ciuitas in ſuis ſuppoſi-
tis atteſtari pōt peremptos audiuimus ſine penitentie et euchariſtie
ſacramentis/ qꝫ etiā miſeranda vaſtatio ſuo tp̄e ſubſecuta fuerit noto
ria facta teſtari videntꝛ/ Expectauit aūt iam plurimis annis/ hec ſan-

cta Synodus cũ multa patiẽtia vt hec omnia ipſe dñs Eugenius cor
rigeret atqꝫ in melius emẽdaret/ ac veluti vices gerentẽ xpi et petri ſuc
ceſſorem decet totũ orbem exemplo bonarũ actionũ in viam ſalutis di
rigere ſtudere. Dũ vero videmꝰ cũcta iugiter ĩ peius ruere et omnia
magis cõturbari plurimis anxiamur doloribꝫ ac vehemẽter gregi do-
minico cõpatimur/ quẽ in totalẽ fere deſolationẽ ꝑ incrementa ſcãda-
lorũ diuiſionũ et vicioſaꝝ deformitatũ decidere formidamꝰ niſi debi-
to regimini eccleſie dei cõueniens ꝓuiſio apponatꝰ et conſulatꝰ publice
ſaluti Vidẽs itaqꝫ hec ſancta Synodus que ꝑ ſũmariã informationẽ
ex habundanti factã ipm dñm Eugeniũ in p̃dictis publice et notorie
diffamatũ / cõperit neceſſitatẽ ꝓuidẽdi debito regimini eccleſie immi-
nere vt ſi conciliũ ꝯgregatũ nõ eſſet ſumme neceſſariũ foret pro hijs re
bus ipſum cõgregari/ attendens p̃terea in iudicio dei oportere redde-
re rationẽ ſuꝑ tantorũ diſſimulationẽ malorũ et ſcandalorũ quibꝰ cor
rigendis ꝓ ſalute totius chriſtiane plebis ex officio ſuo totis viribus
incũbere tenetꝰ/ et ex poteſtate quã ſuꝑ cũctos fideles cuiuſcũqꝫ aucto-
ritatꝫ etiã ſi papalis exiſtãt a xpo accepit iuxta ſupradictã declarationẽ
in cõcilio cõſtantieñ. habitã/ ꝛ in hoc p̃ſenti dudũ renouatã cũ etiã co-
ram deo et hominibꝰ grauiſſime rep̃hendenda veniret ſi in hac vrgen
tiſſima eccleſie neceſſitate ſuũ officiũ ꝓut tenetꝰ etiã nemini poſtulante
exequi negligeret/ decernit vt itra ſexaginta dies a die p̃ſentꝫ Seſſiõis
ꝛ affixiõis nũerãdos/ quẽ terminũ p̃fato dño Eugenio ꝑemptoriũ p̃-
figit/ vt ſi qua interim corã hac ſãcta Synodo ſuꝑ premiſſis et alijs ꝓ
ponendis ꝓ ſui defenſione aut excuſatione allegãda vel ꝓponẽda dux
erit per ſe vel alium ad hoc legittime deputatũ corã eadem Synodo
Baſilee cõpareat/ Dicto aũt elapſo termino ſiue dñs Eugenius per ſe
vel aliũ cõparuerit ſiue nõ hec ſancta Synodus ad vlteriora ꝓcedet
cognoſcendo et terminãdo ꝓut eccl'ie ſancte dei ſpũſancto dictante con
ſpexerit expedire/ vniuerſis inſuꝑ ſancte romane eccleſie cardinalibus
in virtute ſancte obediẽtie ꝛ ſub pena alias preſtiti huic ſacro cõcilio ꝑ
ſe vel aliũ nomine ſuo iuramenti/ Et quo ad eos qui iuramentũ non p̃
ſtiterunt ſub pena priuationis fructuũ ſuoꝝ beneficiorũ/ mãdat et pre
cipit vt infra eundẽ terminũ in hac ciuitate Baſilieñ. cõpareant ſaluti
ſancte matris eccleſie cũ ceteris in Synodo cõgregatꝫ cõſulturi ꝛ opor
tune ꝓuiſuri ꝓut ſpũſanctꝰ dictauerit/ hoc ipſũ quoqꝫ vniuerſis prin-
cipibus/ ac ppl'is chriſtianis innoteſcere volumꝰ et videntes ſãcte ma
tris eccleſie/ et vniuerſe chriſtianitatis anguſtias in vnã ſententiã pro
honore dei creatoris noſtri et animarũ ſalute pariter cõueniant. Et qꝺ
toti orbi ſalutare fuerit cõmuni cõſenſu amplexentꝰ. Decernit tandem
hec ſancta Synodus huiꝰ decreti publicationẽ in p̃ſenti Seſſione fa-
ctam eiuſqꝫ affixionꝫ in valuis maioris eccleſie Baſilieñ. vim habere
monitionis et citationis quo ad omnes et ſingulos actus in hac re fie
ri neceſſarios vſqꝫ ad finalem terminationẽ/ etiã ad ſententiã diffiniti-

nã audiendũ et ei⁹ executionẽ faciendũ incluſiue/ ꝛ ita vniuerſos arta/
re ac ſi ꝑſonaliter apprehenſi/ et eis intimatũ fuiſſet. Datũ in Seſſione
publica ipſius ſancte Synodi in eccleſia maiori Baſilieñ. ſolẽniter ce/
lebrata. ij. kalendas Auguſti Anno a natiuitate domini Milleſimo
quadringenteſimotriceſimoſeptimo.

## ¶ Seſſio viceſimaſeptima

Sacroſancta generalis ſy/
nodus Baſilieñ. in ſpũſctõ legitime cõgregata vniuer
ſalẽ eccleſiã repñtãs/ Ad ꝑpetuã rei memoriã. Cũ nr̃a
ſollicitudo ad hoc inter alia iugiter aſpiret vt ſãcta ꝑſer
tim romana eccleſia feliciter in ſpiritualibꝫ et tẽporali/
bus gubernet̃. Simul q̃ꝫ cũ ỽtutũ ornatu tꝑaliũ rerũ
obtineat vbertatẽ ſine quibꝫ ſpũaliũ adminiſtratio diu
ſubſiſtere nõ valeret. Priſci quoqꝫ patres hac cõſideratione ꝑmoti lar
gã prediorũ dominiorũ et poſſeſſionũ amplitudinẽ ipſi eccleſie acqui/
rere curauerũt quorũ alienationẽ ſub grauibꝫ penis cenſuerũt ꝓhiben
dam/ Adeo vt Symachus papa ſpiritu dei repletus in ſuo canone de
creuerit/ etiã pape nõ licere p̃dia eccleſie alienare aliquo modo ꝓ ali/
qua neceſſitate nec in vſumfructũ rura tradere niſi tantũmodo dom⁹
que in quibuſdã vrbibus nõ modica impenſa ſuſtentant̃ qua lege oẽs
cuſtodes p̃latos aſtringi voluit/ vt donator aſſenſator venditor ho/
norem ꝑderent Et qui ſubſcriberet cuꝫ eo qui reciperet niſi reſtitueret
anathema foret/ licere etiã voluit q̇buſlibet eccleſiaſticis ꝑſonis cõtra
dicere/ et cum fructibus alienata repoſcere qḋ non tantũ in apoſtolica
eccleſia ſeruandũ eſſe dixit Verũ etiã vniuerſis eccleſijs ꝑ ꝓuincias ar
bitratus eſt conuenire nos eorũ veſtigia imitando vigilãter curare cõ
uenit/ ne quicq̃ꝫ terrarum/ et poſſeſſionũ que iam a deo/ et ipſi roma/
ne eccleſie inſtitutionem ſummi pontificis et miniſtrorum ſuorũ dedi/
cate ſunt diſtrahi a quoquã vel alienari patiamur Illa preſertim loca
inſignia in quibus neceſſitatis tempore libere valeat roman⁹ ponti/
fex cũ ſua curia cõmorari vbi nullus ſecularis poteſtatis metus exter/
reat nullus temporalis fauor abſorbeat/ nullus terror immineat ni/
hil ſuam ſanctitatem/ et venerabiles ſancte romane eccleſie cardina/
les a vero et veri conſilij ſoliditate remoueat/ cum non abſqꝫ prouiſio/
ne diuina ipſa loca apoſtolice ſedi proueniſſe credantur Ex his autem
cauſis/ et alijs non iuſte/ et merito mouentibus prouiſione occurrere
duxim⁹ ne inclita ciuitas Auinionis q̃ ſe ſemꝑ deuotiſſimã et fideliſſi/
mã eccleſie exhibuit/ et nouiſſime ĩ fidei catholice obſequiũ de ſuis fa/
cultatibꝫ copioſiſſimã ſubuẽtionẽ ꝑ vnione grecoꝝ cũ latinis ꝓſequen
da miniſtrauit quoquo pacto ab ipi⁹ romane eccl'ie dñio alienet̃ aut ad
manus alienas trãſferat̃/ cum ex his et alijs eccleſie vniuerſali ꝑ ipam

inclitam ciuitatē impenſis obſequijs non impeti non damnificari nō
in alios vſus alienari/ſed beneficijs attolli merito debeat/eccleſiaſticis
enim vtilitatibus inſudantes eccleſiaſtica dignum eſt remuneratione
gaudere. Decernit igitur hec ſancta Synodus vt nullus cuiuſcūq; di/
gnitatis vel ꝑeminentie fuerit. Etiam ſi papalis ciuitatē predictam/ac
etiam comitatū venayſini cum terris ⁊ dominijs ſibi adiacētibus au/
deat vel ꝑſumat quouiſmodo ſeu iuris colore queſito vendere ſeu pig/
nori obligari aut in feudum vel cenſum dare/aut quouiſmodo aliena
re. Quod ſi ſecus per romanū pontificē/vel alium quēuis actu; ſit de
preſenti vel in futurū agi contingat. Hec ſancta Synodus totum id
⁊ quicquid inde ſequet ex nunc prout extunt caſſat irritat ⁊ annullat/
et omni carere decernit robore firmitatis/atq; etiam ſtatuit q̄ ipē ro
manus pontifex vel alius quiuis quicquid cōtra huiuſmodi decretu;
attemptauerit ſacro generali concilio deferat. Recipiētes quoq;/ etiā
ſi cardinalatus patriarchali pontificali iperiali regali ducali/vel alia
quauis eccleſiaſtica vel ſeculari ꝑfulgeant dignitate vel etiam ſi cōmu
nitas fuerit decernit hec ſancta ſynodus penis excōmunicationis pri
uatiōis cuiuſcūq; dignitatis eccleſiaſtice vel ſecularis/etiā omniū feu
dorum ſpecialiter que a romana vel alia teneret eccleſia ſubiacere. Necnō
perpetue inhabilitatiōis ad quaſcūq; dignitates ſeculares vel eccleſia
ſticas/et quecūq; beneficia ⁊ officia imposterū obtinēda. Cōmunitas
vero eccleſiaſtico interdicto vltra penas ſupra expreſſas ſibi cōuenien/
tes eo ipſo ſubiaceat/quas penas ſingulariter ſinguli qui aliquid ꝑ/
dictorū attēptauerint ipſo facto incurrāt. Inſuper ciuitatē ꝑdicta; aui
nionen̄. que magnā mercedē ab vniuerſali ꝓmeretur eccleſia. Cui q; in
digniſſimū eſſet pro eis optimis meritis mala queuis per aliquē irro
gari ꝑſertim cum multa cōtra ipſius ciuitatis ſtatum in euerſionē di/
ſturbium ⁊ diſſolutionē huius ſancte Synodi ⁊ ſuorum ſanctorū operū
attemptari ⁊ machinari poſſent. Quibus hec ſancta Synodus nō va
leret expoſt facto ſaltem comode/et ſine graui damno ꝓuidere. Cū q;
iam ipſi ciuitati ⁊ ciuibus grauia cōminata ſint veluti ex informatio/
ne ſummaria comperimus. Eadem ſancta ſynodus ciuitatē ipſam et
ſuppoſita eiuſdē in ſuam ⁊ eccleſie vniuerſalis quā repreſentat ſpecialē
ꝓtectione;/ac ſaluaguardiam ſuſcipit ac reponit/ꝓhibens ſub penis
ꝑdictis omnibus ⁊ ſingulis quacūq; dignitate vel ꝑeminentia eccleſiaſti
ca vel ſeculari. Etiam ſi cardinalatus patriarchali pontificali imperia/
li regali ducali vel alia qualibet ꝑfulgeant dignitate vel etiam ſi cōmu
nitas fuerit vt ipſi vel ipſorum aliquis directe vel indirecte ciuitatē predi
ctam diffidare perturbare inuadere vel inquietare tēporaliter vel ſpiri
tualiter/aut eius habitatores violenter capere/aut in perſonis vel bo
nis eorum damnificare atq; moleſtare ꝑſumant/ quod ſi quis fecerit
penas ſuperius expreſſas ipſo facto incurrat. Romanus vero pōtifex
ſi aliquod predictorum attemptauerit ſacro cōcilio deferatur. Et ipſa at/

temptata nullitati ipſo facto ſubiaceant. Et quoniā id quoqꝫ pariter
indignū eſſet vt venerabilis pater epiſcopus Albaneñ. ſacroſancte ro/
mane eccleſie cardinalis de fuxo vulgariter nuncupatus / et apoſtolice
ſedis legatus qui ad ipſius ciuitatis Auinioneñ. et comitatus venayſſi
ni p̄dicti gubernationē deputatus eſt / quiqꝫ pro expeditione ſubſidio
rum ſancte matri eccleſie preſtitoꝝ in eadem ciuitate auinioneñ. ad p/
ſequendā vnionē grecoꝝ fideliter ⁊ efficaciter laborauit huic ſancte ſy
nodo ſe obſequentiſſimū exhibēdo per quempiam vexaretur inquieta
retur aut moleſtaret. Cuius etiam perturbatio / et moleſtatio in mag
num diſpendiū ⁊ in grauē calamitatē ipſius ciuitatis auinioneñ. veri
ſimiliter ꝓueniret. Idcirco ſub eadem ꝓtectione expremiſſis cauſis re
cipit hec ſancta Synodus eundem venerabilē patrem epiſcopū alba
neñ. ac ſuos familiares domeſticos / et cōtinuos cōmenſales decreto/
qꝫ p̄ſenti pariter prohibet eadem ſancta Synodus ſub penis antedi/
ctis / ne quiſq̄ꝫ cuiuſcūqꝫ dignitatis. Etiaꝫ ſi cardinalatus patriarcha
lis pontificalis imperialis regalis ducalis aut alterius / vel etiam cō/
munitas ipſum / et ſuos p̄dictos inuadere diffidare moleſtare aut de
facto in ſuis beneficijs bonis / et rebus quibuſcūqꝫ perturbare preſu/
mat vel ſpiritualiter ſeu tēporaliter quoquomodo cōtra eundē ⁊ eoſdē
ꝓcedere. Si vero romanus pontifex aliquid p̄dictoꝝ attemptauerit
ſacro concilio deferatur ſimiliqꝫ nullitatis vicio in contrariū attēpta/
ta eo ipſo ſubiaceant. Quodqꝫ abſolutio ⁊ relaxatio a predictarū excō
municationū preterq̄ꝫ in mortis articulo ac iterdicti ⁊ inhabilitatiōis
et ceterarū penarū ſententijs ſacro generali cōcilio reſeruata intelliga
tur. Datum in ſeſſione noſtra publica in eccleſia maiori Baſilieñ. ſolē
niter celebrata. vi. Kalēdas octobris. Anno a natiuitate dn̄i. Milleſi/
moquadringenteſimotriceſimoſeptimo.

¶ Seſſio viceſimaoctaua ſuper nullitate ⁊ innouatione de
creti quod papa cardinales creare nō pōt durāte concilio.

Acroſctā generalis Sy=
nodus Baſilieñ. in ſpiritu ſancto legittime cōgrega/
ta vniuerſalē eccleſiā repſentans ad ꝑpetuam rei me/
moriā. Tantā reuerentiā ſacris canonibus generali
um concilioꝝ ſancti patres cōſueuerunt adhibēdam
vt violatores eoꝝ voluntarios grauiſſime vindica/
rent / et vnūquēqꝫ in ſui ipſius deſtructiōem agere ar
bitrareť ea deſtruere conantem / que vniuerſali conſenſu fuerunt inſti/
tuta grauis quoqꝫ exinde iactura toti eccleſiaſtico immineret ordini: ſi
decreta Synodalia concilioꝝ generaliū / quibus neruus regule eccle/
ſiaſtice ac diſcipline ſa..taris innititur per cuiuſpiam voluntatem / et
maxime ſedente adhuc ipſa vniuerſali Synodo obrumpi ſinerentur.
Duduꝫ autē hec ſancta Synodus ſuper cardinalibus ſancte romane

ecclesie aſſumendis. Inter cetera duo ſalubria edidit decreta quoꝝ te-
nores ad lucidiorē vniuerſorū informationē de verbo ad verbū hic in
ſerere ⁊ inouare decreuimꝰ. Tenor ꝓmi decreti cū multiplicatio cardi
naliū. Tenor ſecūdi decreti cū ſūmo pōtifici. Aduerſus aūt ꝓmiſſoꝝ de
cretorū mentē ⁊ tenorem nuper non ſine graui dolore cōperimus. Ve
nerabilē Johannē patriarchaꝫ alexandrinū in ſancte romane eccleſie
cardinalē licet defacto ⁊ nulliter per dn̄m Eugeniū papā fuiſſe aſſum
ptum. Cum nec ſummus pontifex abſens a loco huius ſacri cōcilij ip
ſum in cardinalē creare debuerat cōtra primū decretū in ſua adheſiōe
ſolenniter approbatū / neqꝫ ꝓportionem ſingulis nationibus cōuenie
tem ⁊ qualitates in ſecūdo decreto deſcriptas obmittere ſicut i ꝓmoti
one dicti patriarche factam eſſe comperit. Et cuꝫ fruſtra hec ſancta ſy
nodus iura cōderet niſi ſua auctoritate / quā ex chriſti dono immedia-
te ſuſcepit eadem tueretur. Utqꝫ Gelaſius papa profitetur / ⁊ nullum
iam veraciter chriſtianū ignorare credit vniuſcuiuſqꝫ Synodi conſti-
tutum / quod vniuerſalis eccleſie probauit aſſenſus nullam magis ex
equi ſedem ac ꝓ ceteris oportere q̄ꝫ primā neceſſitaſqꝫ vrgeat / illis trāſ-
greſſoribus iurium occurrere / ex quibus q̄ꝫ plures illaqueatiōes ani-
marum / et grauia in futurū ſciſmata ꝓuenire valerent. Nam ⁊ qui ta-
lem cardinalē reputant iuxta ſupradicti decreti tenorē vinculo excom-
municationis eo ipſo innodāt. Et in futuris electiōibꝫ romanoꝝ pon-
tificum varia ſciſmata poterunt exoriri. Si pretenſi cardinales quorū
irrita ⁊ inanis ꝓmotio decreta extiterit huiuſmodi electionibus ſe vo-
luerint immiſcere. Ad obuiandū itaqꝫ tantis diſcriminibus admonet
⁊ exhortatur / hec ſancta Synodus p̄fatum dn̄m Eugeniū ſub obte-
ſtatione diuini iudicij / et per viſcera miſericordie dn̄i noſtri Jeſu chri-
ſti / et eidem ex parte dei omnipotētis precipit atqꝫ mandat vt pro futu
rorum ſciſmatū ⁊ ſcandalorū euitatione p̄dictam ⁊ alias quaſcūqꝫ vo
catiōes ꝑ eū factas ad cardinalatus honorē cōtra predictoꝝ decretoꝝ
formā ⁊ tenorē ſicut defacto ꝓceſſerūt reuocet caſſet publice ⁊ annullet
nullaſqꝫ fuiſſe ⁊ eſſe decernat / ꝓut hec ſancta Synodus hoc ſynodali
decreto ſicut defacto ꝓceſſerunt eas caſſat irritat ⁊ annullat / nullaſqꝫ
caſſas ⁊ irritas decernit atqꝫ declarat vlteriuſqꝫ a talibus vocationibꝫ
abſtineat / alias ꝓuidebit hec ſancta ſynodus ꝓut ſpiritu ſancto dictā-
te vtilitati eccleſie videbit expedire. Declarat inſuper hec ſancta Syno
dus vniuerſos qui p̄fatum Johannē patriarchā aut alios taliter de-
facto promotos pro cardinalibus geſſerint ⁊ reputauerint penas in
prefatis decretis annotatas eoipſo incurrere. Datum Baſilee in ſeſſi
one publica in maiori eccleſia ſolenniter celebrata. vi. kl'as Octobris
Anno a natiuitate dn̄i. M.cccc.xxxvij.

## ¶ Decretū de caſſatione litterarū falſe bullatarū.

# Seſſio viceſimanona

SAcroſancta generalis Synodus Baſilieñ. in ſpirituſã- cto legitime cõgregata vniuerſalem eccleſiã repñſentans ad ppetuam rei memoriã. Cum dudũ ex ordinatione nr̃a concorditer ↄcluſa littere ſub bulla huius ſacri cõcilij ſuper nominatione locoꝝ Baſilee auinione ꝛ Sabaudie ꝑ celebrãdo ycumenico cõcilio in aduentu Grecoꝝ fuerint expedite. Et deinde ad noticiã noſtrã ꝑuenerit quaſdã alias litteras nominationẽ florentie ꝛ vtini cõtinentes clamdeſtine/ et cõtra ordinationẽ huius ſacri cõcilij fuiſſe bullatas. Cupiens hec ſancta Synodus vnumquẽqꝫ de his rebus veraciter informari ne quẽpiam falſa pro veris recipiendo decipi cõtingat decernit ꝛ declarat oẽs litteras cõtinentes nominationeꝫ quorũcunqꝫ aliorum locorũ pro antedicto concilio celebrando preter iam dicta loca Baſilee auinioneñ. et Sabaudie quibꝫ bulla ſacri concilij inueniretᷓ appenſa fuiſſe falſo bullatas/ et cõtra huius ſancte Synodi ordinationẽ. Nec litteris talibus vllam fidẽ eſſe adhibendã/ aut ipſis ſeu earũ tranſumptis quacũqꝫ auctoritate/ Etiã ſi papali tranſumpte fuerint eſſe vtendũ huiuſmodiqꝫ litteras ſic falſo bullatas caſſat irritat ꝛ damnat/ ac caſſas ꝛ irritas eſſe decernit. Inhibens omnibus ꝛ ſingulis quauis dignitate ꝑfulgeant/ etiã ſi legatione papali de latere diſpoſitiones mandato vel quauis alia ſeu alio fungerentᷓ ſub penis excõmunicatiõis quã ipſo facto incurrãt/ ac inhabilitatiõis actiue ꝛ paſſiue/ ad quaſcũqꝫ põtificales aut alias dignitates eccl'iaſticas vel ſeculares/ et ad bñficia obtenta ꝛ obtinẽda/ ne ꝑfatis litteris falſo bullatis aut earũ trãſſumptis vtanᷓ aut vtentibꝫ auxiliuꝫ conſiliũ vel fauorem in his ꝑſtare ꝑſumant. Datum in ſeſſione noſtra publica in maiori eccleſia Baſilieñ. ſolẽniter celebrata. vi. kl'as Octobris. Anno a natiuitate dñi. M. cccc. xxxvij.

¶ Seſſio viceſimanona et eſt accuſatio cõtumacie ſanctiſſimi dñi Eugenij pape quarti facta per promotores cõcilij.

DIe martis prima mẽſis octobris. Anno a natiuitate dñi. M. cccc. xxxvij. in eccleſia maiori Baſilieñ. in qua ſeſſiones ꝑſentis ſacroſancte Synodi generalis Baſilieñ. celebrari ſolent viceſimaoctaua ipſius ſancte Synodi Seſſio hoc mõ extitit celebrata/ videlꝫ miſſa ſolẽni de ſancto ſpiritu per reuerendũ patrẽ dñm Georgiũ epm viceñ. natõis iclite hiſpanice celebrata. Et demũ ſuffragijs anthiphona Exaudi ꝛc̃. letanijs euãgelio ſcõm Matheũ. Acceſſerunt diſcipuli ad Ieſũ dicẽtes. Quis putas ẽ maior ĩ regno celoꝝ/ ac hymno Ueni creator ſpũs/ cũ ꝟſiculo ꝛ coll'a ꝛ orõne. Deus q̇ corda/ decãtatis/ ꝑſidente in eadẽ ſeſſione prefata reuerẽdo patre dño Epiſcopo Viceñ. ante maius altare vbi dicta miſſa celebrata extitit. In pontifi-

calibus cū mitra aurifabrata et pluuiali In cathedra et ſede eminētio
ri pluribuſqꝫ alijs dñis p̄latis cū mitris planis et pluuialibꝫ vt in tali
bus in eodē Synodo fieri ſolitū eſt ſuperioribus ꝛ eminentioribꝫ ſe/
dibꝫ ſuis locis tam a dextris qꝫ a ſiniſtris cōſedentib⁹ in multitudine
copioſa qꝫ pluribuſqꝫ dñis eccleſiaſticis diuini et humani iuris magi/
ſtris doctoribus et ſcientificis viris principū ſpiritualiū et tēporalium
ac almarū vniuerſitatū ſtudiorꝫ generaliū nūcijs et ambaſiatoribus/
ac alijs de diuerſis mundi ꝑtibus ibidem aſtantibꝫ in magno nume,
ro et multitudine copioſa eandē ſtatū Synodū vniuerſalem eccleſiaꝫ
rep̄ſentantē celebrantibꝫ cōſtituti in iure corā eadē Synodo ꝓ tribuna
li ſedente venerabiles viri dñi ꝓmotores et ꝓcurator fiſcalis eiuſdem
ſancte Synodi ꝑ organū dicti ꝓmotoris fiſcalis ſua verba eidem ſy,
nodo in perſonā dicti dñi epi vicen̄. preſidentis dirigentes audientiaꝫ
publicā ibidem tūc ſibi dari et cōcedi ad hanc horā humiliter et inſtan,
ter petierunt ſupplicarūt ꝛpoſtularūt/ cui ſupplicationi eadem ſancta
Synodus ꝑ organū ipſius domini p̄ſidentis annuit. Tūc idem dñi ꝓ
motores ꝛ ꝓcurator fiſcalis decretū originale monitorij ſiue citatorij
ab eadem ſancto Synodo emanatū cōtra ſanctiſſimū dñm noſtrum
papā Eugeniū quartū eius Synodi vera bulla plumbea impēdenti
bullatū de quo in cedula infra ſcripta fit mentio / necnō inſtrumentuꝫ
publicū executione eiuſdem per affixionē in valuis p̄dicte eccleſie Ba/
ſilien̄. die date ipſius decreti facti vna cum cedula accuſationis contu/
macie ipſius domini noſtri pape quā accuſarunt atqꝫ petierunt/ vt in
eadem per ipſum procuratorem alta et intelligibili voce lecta cōtinetur
cui⁹ cedule tenor ſequit̄ in hec verba. Reuerendiſſimi reuerēdiqꝫ in
chriſto patres / ac ceteri vniuerſi domini noſtri preſtantiſſim / hanc ſa/
croſanctam generalem Synodum Baſilienſem vniuerſalem eccleſi/
am repreſentantem conſtituentes et celebrantes Cum iam dudum
videlicet pridie kalendas Auguſti Anni p̄ſentis Milleſimiquadrin
gēteſimitriceſimiſeptimi/ hec ſancta Synodus conſiderans mala de
formitates et ſcandala ac pericula que in eccleſia dei hactenus vigue/
runt prout adhuc vigent quibus corrigendis pro ſalute totius chriſtia
ne plebis ex officio ſuo totis viribus incumbere tenet̄/ etiam ex pote/
ſtate quā ſuper cunctos fideles cuiuſcunqꝫ auctoritatis / etiam ſi pa,
palis exiſtant a chriſto accepit cōtra ſanctiſſimū dñm Eugeniū papaꝫ
quartū qōdā citatoriū ꝑ edictū quatenus ꝑ ſe vel aliū ad hoc legitime
deputatū corā eadem ſancta Synodo / de et ſuꝑ contentis in dicti ci/
tatorij decreto et alijs ꝓponendis infra ſexaginta dierū ſpaciū pro ſui
defenſione aut excuſatione alleganda vel proponēda cōpareret termi/
num peremptorium eidem ſtatuendo vt in eo latius continetur decre
uerit/ qō quidem citatorium in preſenti ciuitate ac in valuis maioris
bui⁹ eccleſie Baſilien̄. iuxta illius formam ꝛ tenorem per edictū execu
tum fuerit ꝛ debite executioni demandatū. Nos Bartholomeus de

fraxinio ⁊ Johãnes Sliczrod ꝓmotores. Et ego Johãnes Spaſſerij
ꝓcurator fiſcalis ac officiarij huius ſacroſancte Synodi bullã citato/
rij dicte ſancte ſynodi vera bulla plumbea bullatã vna cũ inſtrumento
executionis eiuſdẽ citatorij vt premittit̃ facte realiter facto ⁊ inſcriptis
offerimus repñſentamus ⁊ ꝓducimus ac prefati ſanctiſſimi dñi Euge
nij per ſe aut alium cũ ſufficiẽti mãdato infra dictos ſexaginta dies in
ipſo citatorio ſibi prefixos per ſe aut aliũ nõ comparẽtis neqꝫ cõpare/
re curãtis. Licet ſepiſſime hec ſancta Synodus q̃ꝫ plures celebrauerit
cõgregationes in quibus aut ipſarũ aliqua ipſe dñs Eugenius com/
parere infra dictũ terminũ potuiſſet cõtumaciã accuſamus / ipſumqꝫ
cõtumacẽ reputari / ac in cõtumacia ⁊ defectu poni et declarari per hãc
ſanctã Synodũ petimus cũ inſtantia atqꝫ poſtulamus / necnõ eundẽ
dñm Eugeniũ alta voce ad valuas huius maioris eccleſie Baſilieñ.
per duos reuerẽdos in xp̃o patres dños epiſcopos vna cũ notarijs hu
ius ſacri cõcilij iuxta mores antiquos vocari / et relationẽ vocationis
fieri inſtanter reqrimus de quibus omnibꝫ per nos ꝓmotores / et ꝓcu
ratorẽ fiſcalem antedictos / dictis ꝓpoſitis ⁊ requiſitis nomine quo ſu
pra a vobis reuerẽdis patribus dñis ꝓthonotarijs ac etiam notarijs
huius ſacri cõcilij ⁊ ſcribis petimus ad futurã rei memoriã vnum vel
plura publicũ vel publica cõfici inſtrumẽta. Ad quorũ petitionẽ ⁊ mã
datũ ipſius ſancte Synodi lecte prius p̃dicto executionis inſtrumẽto
⁊ dicto citatorij ⁊ monitorij decreto / cũ ĩ eodẽ loco dũ editũ fuit ⁊ ema
natũ alias lectũ fuiſſet. Habito pro lecto reuerẽdi in xp̃o patres et dñi
dñi Matheus albinganeñ. et Aymo gracionopolitanus epiſcopi de
mandato eiuſdẽ ſancte ſynodi per organũ dicti dñi p̃ſidentis eis facto
primo dictũ dñm noſtrũ papam ſuꝑ gradus antedictũ maius altare
alta ⁊ intelligibili voce per organũ ipius dñi Epiſcopi Albinganeñ.
vocarũt ⁊ ꝓclamarũt clamoroſa inſinuatõe ſub his verbis. Ex parte
ſacre Synodi publice ⁊ ſolenniter requirit̃ ſanctiſſimus dñs Eugeni
us papa quartus quatenus ſi vigore citationis cõtra eum nouiſſime
per eandẽ ſanctã ſynodũ decrete duxerit ſe cõſpectui huius ſancte Sy
nodi p̃ſentandũ ad ſe defendendũ ⁊ excuſandũ ſuper his de quibꝫ hinc
ſancte ſynodo delatus eſt. Compareat corã hac ſancta ſynodo ad hũc
actum pro tribunali ſedente que eidem pollicet̃ gratam ⁊ debitam au
dientiã. Similiter ex parte eiuſdẽ ſancte ſynodi omnibꝫ intimat̃ qua/
tenus ſi quis ſit qui mandatũ habeat ſufficiẽs ad cõparendũ pro eo/
dem dño Eugenio cõpareat coram eadẽ ſedente vt ſupra / hec autẽ ſan
cta ſynodus pollicet̃ cuilibet exigẽte iuſticia audientiã gratã ⁊c̃. Qui
dñs noſter papa ſic vocatus ⁊ ꝓclamatus / nec aliquis pro eo cõparu/
it nec reſpondit. Unde ipſi duo dñi Epiſcopi ante valuas ſeu portas
ipius eccleſie acceſſerũt / et iterũ et cum pauſata intermedia inſtãtia tri
na vice alta ⁊ intelligibili voce et clamoroſa inſinuatione prefatum do
minũ noſtrũ papam vocarũt et proclamarũt per organũ cuius ſupra

ſub eiſdem verbis ſupraſcriptis. Prout etiam prouidi viri Arnoldus amici Johānes kempner ⁊ gotfridus dorſten ipius ſancte ſynodi Curſores vocibus eleuatis reiteratis vicibus vocarūt ⁊ ꝓclamarūt. Qui dn̄s noſter papa Eugenius nec aliquis pro eodem ibidē comparuit/ neqꝫ quibus ſic factis ipſi duo dn̄i epiſcopi ante conſpectū ipſius ſancte Synodi in mediū reuerſi/ ſe predictū dn̄m noſtrū papam vt ſupra ſcriptū eſt vocaſſe et proclamaſſe/ et per dictos curſores ꝓclamatum ⁊ vocatum fuiſſe/ quodqꝫ nec ip̄e nec aliquis pro eo comparuerat neqꝫ reſponderat eidem ſancte Synodo retulerunt. Preterea prefati ꝓmotores/ et procurator fiſcalis per organū ipſius procuratoris cōtumaciam p̄nominati dn̄i noſtri pape Jterato accuſarūt ipſumqꝫ ſuper omnibus et ſingulis in dicto citatorij decreto contentis cōtumacem reputari/ ⁊ ad vlteriora procedi/ et alias decerni/ et fieri vt in quadam alia cedula per ipſum procuratorem: etiam alta ⁊ intelligibili voce ibidem lecta continetur cuius tenor talis eſt. Nos promotores et procurator fiſcalis antedicti quo ſupra nomine iſtam vocationem et relationem vt premittitur factas. Jnter acta huius cauſe/ et ſacri concilij petimus regiſtrari dictamqꝫ citatorij bullam et inſtrumentū executionis prout ſuperius producta ſunt/ iterato repetimus ⁊ reproducimus et apud acta ſacri concilij/ et cauſe huiuſmodi inſeri ⁊ regiſtrari petimus Et quia prefatus dominus Eugenius de ⁊ ſuper contentis in dicto citatorio legittime citatus ſufficienterqꝫ expectatus/ nec per ſe nec per alium infra dictos ſexaginta dies curauit atqꝫ curat comparere ipſiusqꝫ contumaciam accuſamus. Jpſumqꝫ ſuper omnibus ⁊ ſingulis in dicti Citatorij decreto contētis prout iuſticia ſuadet/ et iuris ordo poſtulat atqꝫ rationis cōtumacem reputari. Jn cauſaqꝫ huiuſmodi in eius contumaciam eius abſentia diuina repleta preſentia et ipſi ſancte Synodo videbitur expedire/ et vniuerſali eccleſie ſancte dei neceſſarium fuerit ⁊ vtile ad vlteriora procedi/ ac proceſſum per audientiā contradictarum aut alias prout videbitur decerni per ipſam ſanctam ſynodum inſtantiſſime poſtulamus. Requirentes dominos prothonotarios ⁊ notarios huius ſancte ſynodi vt omnia in cauſa huiuſmodi acta et producta ac ordinata apud acta ſacri concilij ⁊ cauſe huiuſmodi regiſtretis necnon quo ſupra nomine a vobis dominis prothonotarijs et notarijs petimus ad futuram rei memoriam vnum vel plura publicum vel publica cōfici inſtrumēta. Huiuſmodiqꝫ cedula ſic lecta/ et per eandem Synodum audita/ ipſa ſancta Synodus per organum predicti dn̄i p̄ſidentis p̄cepit et iniunxit prefato dn̄o epiſcopo Albinganen̄. vt Ambonem in quo decreta ipſius ſācte Synodi per eandem ſanctam Synodū pronunciari ⁊ legi ſolent/ dum eduntur aſcenderet/ et declarationē prefati dn̄i noſtri pape alta et intelligibili voce nomine ipſius ſacroſancte Synodi legeret et pronunciaret prout

infra. Qui quidē dñs epiſcopus albinganeñ. mandatis ipſius Syno
di obediens dictū ambonē aſcendit/ dictamq; ipſius dñi noſtri pape
cōtumaciā ꝛ ꝓceſſus ad vlteriora declarationē in ſcriptis alta ꝛ itelli/
gibili voce nomine ipſius ſacroſancte ſynodi legit et ꝓnunciauit prout
in eadē cedula per eum lecta cōtinetur. Cuius tenor ſequit̄ ſub his ver
bis. Hec ſancta Synodus Baſilieñ. in ſpiritu ſancto legittime ꝯgre
gata vniuerſalē eccleſiā repſentans/ et ad huiuſmodi actum legittime
cōgregata/ et pro tribunali ſedens audita petitione ꝓmotorū ꝛ procu
ratoris fiſcalis eiuſdē ſancte Synodi ꝛ ex eorum relatione/ ꝛ ꝓductio
ne inſtrumentoꝝ viſa eiuſdē dñi Eugenij pape cōtumacia in nō parē/
do citatorio eiuſdē ſacri concilij recepta etiā ſuper hoc ad maiorē cau/
telam per deputatos eiuſdē ſynodi informatione tam de p̄dictis q̄ꝫ de
noticia eiuſdē citatorij in romana curia decernit declarat ꝛ reputat di
ctum dñm Eugeniū legittime citatū ſufficiēterq; expectatū fuiſſe ꝛ eſſe
cōtumacem ac eius abſentia/ nō obſtante diuina eandē replente p̄ſen
tia cōtra eundē dñm Eugeniū papam ad vlteriora fore ꝓcedendū pro
ut ſacro cōcilio videbit̄ conſideratis neceſſitatibus ꝛ vtilitatibus vni/
uerſalis eccleſie. Qua ſiquidē cōtumacie declaratione ꝛ ꝓceſſus/ decre/
to ſic lecto/ p̄fatus dñs Epiſcopus albinganeñ. petijt eidem ſacroſan
cte Synodo/ an huiuſmodi declarationis/ et decreti ꝓnunciatio per
eum de mādato ſacre ſynodi vt p̄fertur facta ꝛ lecta ipſi ſancte Syno/
do placebat/ que ſacroſancta ſynodus alta voce reſpondit per verbuꝫ
placet. De quibus omnibus ꝛ ſingulis p̄miſſis prefati dñi ꝓmotores
nomine ꝓmotorio eiuſdē petierunt a reuerēdis patribus dñis ſancte
ſedis apoſtolice ꝓthonotarijs ꝛ nobis notarijs ꝛ ſcribis dicte ſancte ſy
nodi ad ꝑpetuam rei memoriā fieri atq; tradi vnum et plura publicū
ꝛ publica inſtrumentū ꝛ inſtrumēta/ celebrata ſiquidē ſolenniter exti
tit predicta ſeſſio et acta fuerunt omnia ſupradicta vbi et prout ſupra/
ſcripta ſunt. Et interfuerunt ibidem p̄ſentes venerabiles ꝛ circumſpe/
cti viri dñi ꝛ magiſtri Egidius camineti i medicina pariſieñ. et Johā/
nes de ſegobia in theologia Magiſtri ſalamantineñ. almarū vniuerſi
tatum ſtudiorum generalium in dicta ſācta Synodo ambaſiatores
Guilhelmus kircher dictus de conſtantia/ et Johannes de comiti/
bus archip̄ſbyter papieñ. decretorum Stephanus ď nouaria legum
doctores ꝛ Robertus andon licentiatus in decretis Canonicus Ca/
meraceñ. cū pluribus alijs requiſitis ꝛ rogatis.

¶ Seſſio de reuocatione pretenſe bulle pape ſuper trāſ=
latione concilij facte.

SAcroſancta generalis Synodus Baſilieñ. in ſpū ſancto
legittime cōgregata vniuerſalē eccleſiā repſentās/ Ad per/
petuā rei memoriā. Cōpatiens hec ſancta ſynodus miſera
bilibus eccleſie ruinis ꝛ languoribus capitis atq; mēbro/
rū ex intimis cōdolēs viſceribꝫ poſt editionē ſaluberrimoꝝ

decretoꝝ i obſeruationē legis dñi τantiquoꝝ canonũ poſt benignas
et charitatiuas ammonitiões ſummo pontifici ꝑ oratores plurimos
directas poſt annoꝝ plurimũ expectationē cũ multa patiētia deductã
cum τ decreta contēni τ ammonitiones paruipendi/ et inde ſcandala
diuiſiones τ ſciſmata creſcere videret viciaqꝫ τ peccata maioribꝫ ado/
leſcere incremētis compulſa eſt tandē Synodus ipſa regimini eccleſia
ſtico ꝓuiſionem querere ſalutarē τ ſummũ pontificē ad hoc vehemen/
tius excitare vt que ad ipſius et vniuerſe eccleſie ſalutē erant efficaciter
agere curaret: Cuius exemplũ ſubditi facile imitant̄. Et quoniã vt ſa/
piens loquit̄ melius eſt manifeſta correctio ꝗ amor abſconditus/ me
liora ſunt vulnera diligētis ꝗ fraudulēta blandientis oſcula/ defect⁹
aliquos debiti regiminis qui eccleſie dei dicti fuerũt flebili querela cõ/
memorauit vt in melius emendarent̄/ nec ipſius ſummi põtificis aut
aliorũ valerent diucius obeſſe ſaluti. Et vt oĩs patientia exhiberetur/
nulla poſita eſt penarũ adiectio ſed tantũ terminus cõueniens ꝓfixus
extitit/ vt infra illum aut per ſe aut per alium ipſe in hac ſãcta ſynodo
compareret atqꝫ ſic debito regimini eccleſie prout publica neceſſitas
maxime impellebat oportune ꝓuideret̄ veluti forma citationis edite
apertius indicauit/ quod τ maxime hec ſancta Synodus agere vrge
batur/ duꝫ poteſtatē habet immediate a chriſto/ ſuper vniuerſos fide/
les cuiuſcunqꝫ ſtatus/ etiã ſi papalis exiſtant in his ꝓſertim que ad re
formationē ꝑtinent. Dumqꝫ ob ipſam cauſaꝫ reformationis cõgrega
ta eſt/ que nullatenus perfici poteſt niſi ſummus pontifex ad eã refor/
mationē cum effectu capeſcendã ſuũ inclinauerit animũ. Cum et iam
experientia docuerit ex editione decretoꝝ ex qua ſalus effici debuerat
in locis pluribus turbationē fuiſſe ſubſecutã/ dum ea per ſummũ pon
tificem infringunt̄ cuius auctoritate ſe tuent̄ qui huiuſmodi decretis
aduerſari volunt. Difficile quoqꝫ ceteri corrigunt̄. Si regimen ipſius
ac curie ſue nõ viderint emendatũ quod ab ipſis trahit̄ in exemplum
Uerum ſummus ipſe pontifex ꝓfatam citationē pro tanta neceſſitate
publice ſalutis emanatã/ que τ ſi nõ placētia tamē ſalubria cõtinebat
Aliquãtulũ moleſtius primo aſpectu ferens quandã ſue ordinationis
paginã in aduerſum ꝓmulgaſſe dicit̄. In qua primũ de proſecutiõe re
ductionis grecoꝝ varia recitans ad impugnationē electionis loci pro
ycumenico cõcilio per hanc ſanctã Synodũ facte ſe cõuertit. Solam
Auinionen̄. ciuitatē cõmemorans que rebus vtiqꝫ gerēdis cõmodiſſi
ma eſſe dinoſcit̄ omniqꝫ pace τ ſecuritate gaudere tacita veritate de ba
ſilea τ ſabaudia in eadem electione cõiunctis. Uerum cũ noſtrã illã ele
ctionē τ decreto cum grecis edito plene ſatiſfacere cõſtet atqꝫ loca rebꝫ
agendis cõmodiſſima omniqꝫ nationi oportuna manifeſte continere
nõ neceſſe eſt/ vt de hac re longiorē ſermonē ꝓtrahamus. Nec ſũmus
ipſe pontifex laborē declinãdi in alterũ locoꝝ illoꝝ recuſari debet. Si
bonũ rei huius tanto effectu deſiderat ſicut in ſuis litteris predicauit.

# Seſſio viceſimanona

Refert p̄terea diuiſionē in huiꝰ electiōis locoꝝ negocio proch doloꝛ
ſuſcitatā quā et ſe cōfirmaſſe oſtendit quā vtinā potius extinguere cu⸗
raſſet. Nā et poſtq̄ꝫ galee ⁊ pecunie in Auinione pro locis ꝑ hanc ſan⸗
ctā Synodū electis expedite fuerant ipſe alias Galeas in cōſtantino⸗
polim mittere curauit diuiſionē latine eccleſie corā grecis ex duplici le⸗
gationis miſſione demonſtraturus/ que quātū honori eccleſie latine/
quātum vnioni grecoꝝ ꝓſequende diſcōueniāt/ nemo eſt qui nō vide⸗
at inſuper iuſtificare nitit̄/ qđ ꝑ venerabilem Johānē archiepm̄ Tarē
tinum oratorem ſuum in miſſione certarū litterarū ſuꝑ hmōi diuiſio⸗
ne electionis tranſmiſſarū factum eſt qđ ſubticere honeſtius fuiſſet/ ne
nos pro tuenda noſtra iuſticia rem illam magis aperire cogeremur/
Nam ⁊ litteras illas clādeſtine ⁊ falſo bullatas fuiſſe/ iam notorium
eſt ⁊ ſi ſūmus pontifex de cōfeſſione ipius archiepi et alijs circūſtātijs
verā informationē acceperit/ nō impinget in huiꝰ ſacri cōcilij libertatē
quod ipſe archiepus in cauſam ꝓpter eā rem tractus ſit aut in domo ꝓ
pria arreſtatꝰ Sed ad impugnandū eandē libertatē cuiuſdam procu⸗
ratoris ipius archiepi captionē nobis obijcit quā iuſſu noſtro cōſtat
nullatenus fuiſſe ꝑactam/ immo ꝓcuratorē ipſum iuſſu cuiuſdam pre
lati ſcandaloſe turbationi obuiare volentis quā ꝓcurator ipſe ꝑ appel
lationē emittendā ab hoc ſacro cōcilio veriſimiliter videbat̄ eſſe factu
rus per publicū officialem captū/ hec ſancta Synodus pro ſua man⸗
ſuetudine illico iuſſit expediri qui et ꝓcurator adhuc nobiſcū in plena
libertate verſat̄/ Nec p̄terea verū eſt per hoc ſacrū cōciliū aut iuſſionē
ipſius aliquod ſpoliū priori furnenſi velut memorate littere p̄tendūt
fuiſſe irrogatū/ licet littere alique plurima ſcandaloſa aduerſus hanc
ſanctā Synodū et ſuppoſita eiuſdē continentes abſq̄ꝫ tamē noſtro ſci
tu longe ab hac ciuitate eijdem dicant̄ erepte/ nec tā leues colores ad
impugnationē libertatis huiꝰ ſacri cōcilij querere oportuit cū ⁊ iam to
ti mundo cōſtare poſſit tante libertatis et ſecuritatis plenitudineꝫ hic
adeſſe/ vt nullū locū liberiorē aut ſecuriorē q̄ꝫ ipſam ciuitatē Baſilieñ.
ſub imperiali ꝓtectione cōſtitutā/ et optima politia gubernatā creda⸗
mus inueniri/ Ceterū aduerſus citationē emanatam plurima ꝓferre
conat̄/ que omnia ex ſuperioribus rationibus euidentiſſime cōfutant̄
Et ſperandū eſt vbi reipſa plenius digeſta ſūmus pontifex effectū ci⸗
tationis huius aduerterit In querēda ipius et alioꝝ ſalute verſari vt
languor accerrimꝰ a corpore myſtico eccleſie depellat̄ nō adeo aduer⸗
ſus citationē ipſam ſuccenſebit/ que et ſi aliquid amaritudinis more
ſalubris medicine in primo guſtu ferre videat̄/ eā tamē in nouiſſimis
iocūdā ⁊ ſalutiferā eſſe deo aſpirante ꝑſentiet/ nec eā bono publico aut
charitati aduerſam/ imo potius ſue ſaluti ac eccleſie neceſſitati accom
modam fuiſſe cognoſcet/ qđ vero tale aliquid priora ignoraſſe ſecu⸗
la cōmemorant ſi rerum geſtarum percurrat hiſtorias/ nō tantū ſum
mos pontifices de corrigendis defectibus fuiſſe āmonitos cōſpiciet/

ſed etiā depoſitos a papatu/ ac etiā nōnullis obediētiā ex multis cau/
ſis fuiſſe ſubtractā Sed ſi abuſuū incremēta nūc vigentia/ ſi longā et
fortē aduerſus ſanctā Synodū et reformationē eccleſie reſiſtentiam
ꝑſeuerantem que priora ſecula ignorarūt aīaduertat nihil admirabit̄
huius citationis nūc repertū fuiſſe antidotū/ obmittimꝰ verba q̄ ad/
uerſum nos grauia ꝓferant̄ recenſere omnia manſuetis et mitibꝫ aīs/
mis ſuſtinentes dū ſalutē eccleſie ꝓſequamur Sed deniqꝫ ſūmus pō/
tifex talibus qualibus ſupradictis coloribus ſuffultus dū huic ſancte
Synodo in hijs ꝓſertim que ad reformationē ꝑtinent obedire tenet̄/
et ad eandē euocatus aut ſuꝑ rebus ꝓpoſitis in eū excuſationē afferre
aut cunctis in melius emendatis regimini eccleſiaſtico donare ſalu/
tem ipſe hanc ſanctā Synodū diſſoluere ac in ciuitatē Ferrarieñ. trāſ
ferre conat̄ cū plurimū adiectione cenſurarū Si virtute prefati citato/
rij in aliquo proceſſum fuerit aut aduerſus eū ſeu ſancte romane eccle
ſie cardinales aut ꝓſidentes oratores ſuos qui in hoc cōcilio fuerunt/
aut aliquē ipſoꝝ aliqua nouitas illata fuerit/ vel etiā quicq̄ꝫ a die cita
torij factū cōtinuatū vel ſeruatū extiterit. Eſtne hec obediētia quā cōci/
lijs generalibus ꝑ ſūmos pontifices et alios quoſcunqꝫ Sacra cōſtā
tieñ. Synodus i hijs ꝓſertim que ad reformationē ꝑtinēt declarauit
exhibendā/ memor verborū chriſti qui poſtq̄ꝫ Simoni petro dixerat
ſi te nō audierit dic eccleſie/ ſi eccleſiā nō audierit ſit tibi tāq̄ꝫ ethnicus
et publicanus cōtinuo ſubiecit/ Amen dico vobis quecūqꝫ ligaueritiſ
ſuꝑ terrā erunt ligata ⁊ in celo/ quā et eccleſie auctoritatē a chriſto do/
natā eſſe etiā ſupra papā Si quis prius ambiget iā hoc ipius magne
Synodi cōſtantieñ. auctoritas aperte declarauit cuiꝰ hec verba ſunt
ipſa Synodus in ſpirituſancto legitime cōgregata vniuerſalē eccleſiā
repꝛeſentans poteſtatē a chriſto immediate habet cui quilibet cuiuſcun/
qꝫ ſtatus vel dignitatis/ etiā ſi papalis exiſtat obedire tenet̄ in hijs q̄
pertinent ad fidē et extirpationē ꝓdicti ſciſmatis ad generalē reforma
tionē eccleſie dei in capite et in mēbris Item declarat ꝙ quicūqꝫ cuiuſ
cūqꝫ ſtatꝰ/ etiā ſi papalis exiſtat q̄ mādatis ſtatutiſ ſeu ordinatiōibꝫ hu
ius ſācte Synodi/ et cuiuſlibet alterius legittime cōgregate ſeu perti
nentibus ad ea factis et faciendis cōtumaciter obedire cōtempſerit ni
ſi reſipuerit cōdigne penitentie ſubijciat̄ et debite puniat̄/ etiā ad alia
iuris ſubſidia recurrendo Quorū virtute decretorū ſubſecuta fuit feli
cis recordationis pape Martini electio/ cui ipſe dn̄s Eugeniꝰ ſucce/
dit/ qui etiā ipſi cōſtantieñ. cōcilio cū eſſet in minoribus ꝓſens interfu/
it Iam vero ipſe nō ſolum nō obedit Synodo generali ſed et ſuper il
lam in reformationis ꝓprio negocio ſe iudicem cōſtituere molitur cū
ꝓpria volūtate diſſoluere volens atqꝫ in alium locū ſuo origini ꝓpin/
quū euocare vbi ſicut veriſimiliter creditur ita dominari ſperat/ vt re/
ſiſti ſue non poſſit voluntati ſed nec eum decuit obliuiſci/ quod iam al
tera vice diſſolutionē Synodi facere attemptauerit quā deinceps re

uocare ꝛ inanē atqꝫ irritā fateri oportuit. Scire inſup debuit iam du/
dum in hac ſancta Synodo fuiſſe ſolenniter decretatū/ aſſentientib9
plurimis ſancte romane eccleſie cardinalib9 quorū aliqui adhuc de p̄/
ſenti cū eo ſunt vt hoc cōciliū per papam ſine expreſſo conſenſu duarū
partiū eiuſdem cōcilij votis ſingulorum per deputationes/ ꝛ in gene/
rali cōgregatione ſcrutatis/ poſtea ſolenni Seſſione ſubſecuta diſſolui
non poſſit aut de loco ad locū tranſmutari penis omnibus atqꝫ cenſu
ris ferendis in aduerſum extunc caſſatis et irritatis formidare/ prete/
rea debuit aliud cōciliūꝫ in ferraria eligere cum alio decreto ꝑantea
edicto declaratum ſit omne conciliū quod iſto durante alibi contige/
rit eligi non fore cōcilium ſed ſciſmaticorum conuenticulū. Intelligit
autem durare hoc conciliū iuxta premiſſi decreti ſeriem donec ex cōſen
ſu duarū partiū eius fuerit diſſolutū/ que decreta ipſius domini Eu/
genij ſubſequenti adheſione corroborata ſunt ac per ſuos oratores p̄/
ſidentes ſaltē nominibus ꝓprijs iurata/ ſed et antea in decreto conci
lij cōſtantieñ. quod incipit: frequens: fuerat ordinatum vt locus futu
ri concilij cū conſenſu ipſius concilij congregati eligi deberet/ et ſi con
cilio diſſoluto locum illum mutari oporteat ex cauſis legittimis tunc
alius locus eiuſdem nationis eligi deberet Si vero cauſe ille totā na/
tionem concernerēt locus vicinior aſſumeret/ quod ſi locum futuri cō/
cilij alio tēpore celebrandi ſine conſenſu cōcilij actu cōgregati aſſigna
re/ et niſi ad loca ibidem declarata mutare non poteſt multominus
concilium cōgregatum incontinenti ſine ipſius conſenſu/ ad locū ali
um ſua voluntate transferre/ deniqꝫ nō debuit obliuiſci decreti ſuper
conuentione grecorum per ipſum approbati Quo cauetur concilium
in Baſilea firmiter eſſe permanſurum donec greci ad portū per hanc
ſanctam Synodum eis nominandūm peruenerint. quo pacto igitur
quo ve conſilio nūc huius concilij diſſolutionem aut tranſlationē effi/
cere fruſtra conatur/ ſed quis vſus ille eſt plenitudinis ſue poteſtatis
dum ſit contra aliquē oratorum ſuorū vtpote archiepm̄ Tarentinum
de quo mentionē fecerat/ quicqꝫ agat pro debito iuſticie ob eam cau/
ſam vult etiā concilium diſſolui/ deniqꝫ vnionem Bohemorū quā tan
tis laboribus hec ſancta Synodus perquiſiuit/ dū pro vltimato eius
complemento inſtamus cōturbare nitit huius pretenſe ordinationis
ſeries que vltra triginta dies hanc ſanctā Synodum huic negocio ꝓ
hibet intendere o admiranda cōſilia que ad enarratione auctoritatis
eccleſie/ ꝛ ſui ipſius deſtructionē ſūmo pontifici ſuggerunt/ q̄ ſi cōni/
uentibus oculis pertranſiret/ hec ſācta Synodus tota cōfundi time/
retur eccleſie auctoritas Et quis in papatū aſſūptus poſſet vniuerſaꝫ
xp̄ianitatē ꝓ ſua volūtate decolorare nec nulla eſſet reſiſtentia quinimo
ꝛ accuſat9 ꝺ hereſi/ aut quouis crimine cōfeſtim Synodū accuſantē ꝛ
corripientē diſſoluere tēptaret ne ſubiret iudiciū Nūc quoqꝫ dolentiſ/
ſime ferendū eſt tale exemplū a domino Eugenio donari poſteris/ vt

iudiciũ ſubterfugiendo ad deteſtabile refugiũ p̃tenſe diſſolutiõis cõci/
lij ſe cõuertat/ qui et nõ recte de auctoritate eccleſie ſentire videt̃ dũ ip/
ſius eccleſie cõgregate cui vti declaratũ eſt obedire tenet̃ ipe ſe iudicem
conſtituit/ et aduerſus tot decreta tot ſanctiones conciliorũ eã conat̃
diſſoluere qui tamen dudũ in adheſione ſua cũ de reuocatione littera/
rũ incipientiũ deus nouit mentio haberet̃ ipſe quicquid p̃ euz aut ſuo
nomine in p̃iudiciũ aut derogationẽ huius Baſilieñ. cõcilij ſeu contra
eius auctoritatẽ factũ attemptatũ ſeu aſſertũ erat caſſauit irritauit et
annullauit nullaqꝫ irrita fuiſſe ⁊ eſſe declarauit/ et ſe deinceps a noui/
tatibus et grauaminibus ſeu p̃iudicijs inferendis huic ſacro concilio
aut ſuppoſitis eius et adherentibꝰ realiter et cũ effectu deſiſtere polli/
citus eſt cũ igit̃ talia in aduerſuz perpetrata que vniuerſis fidelibus de/
teſtanda et abhorrenda ſunt nullatenus ſub diſſimulatione pertran/
ſire valeamus/ Uolens hec ſancta Synodus ſicut tenet̃ de oportunis
remedijs prouidere/ declarat hmõi p̃tenſam diſſolutionẽ huiꝰ concilij
ac tranſlationẽ in ciuitatẽ ferrarieñ. per dñm Eugeniũ papã quartuz
factas cũ omnibus cenſuris penis et alijs inde ſecutis nullas eſſe pe/
nituſqꝫ irritas et inanes/ mandans obſecrans/ et p̃cipiens eidem vt
hec ſicut de facto proceſſerunt reuocare habeat/ et aduertat ipſe penas
que dudum in decreto huiꝰ ſancte Synodi qđ incipit Quoniam fre/
quens/ etiã ante ipſius adheſionem in vndecima Seſſione promulgata
cõtra romanũ pontificẽ/ ac cõciliũ generale quoquõ diſſoluẽdũ imitan
dũ prorogandũ operã dantẽ prelate fuerũt vbi expreſſe cauet̃/ q̃ ſi roma/
nus pontifex talia agens infra quattuor mẽſes cũ reali ſatiſfactiõe nõ
reſipuerit/ extunc a papali adminiſtratione ſit ipſo facto ſuſpẽſus que
quidem papalis adminiſtratio ad ſacrũ generale cõciliũ ipſo iure de/
uoluat̃/ qđ ſi penã ipſam p̃ duos menſes poſt p̃dictos quattuor ſuſti/
nuerit animo indurato cõtra ipſum vſqꝫ ad priuationẽ incluſiue per
cõciliũ generale procedat̃ Quaſquidẽ penas hec ſancta Synodus ipſũ
dñm Eugeniũ niſi reſipuerit decernit ⁊ declarat incurſuꝫ iuxta termi
nos in p̃dicto decreto vndecime Seſſionis p̃fixos ad quarũ penaruz
executionẽ niſi reſipuerit vt p̃libatũ eſt merito procedemꝰ Inſuper hec
ſancta Synodus omnẽ nominationẽ electionẽ aſſumptionẽ loci fer/
rarieñ. factã tanq̃ꝫ decretis ipſius Synodi repugnãtẽ ſicut de facto pro/
ceſſit caſſat irritat imo verius caſſam et irritã eẽ declarat Et caſu quo
in eadem ciuitate aut alibi aduerſus p̃fatorũ decretorũ noſtrorũ teno/
rem Sũmus ipſe pontifex cõciliũ erigere inceperit vel incipiet in fu/
turũ/ Mandat et p̃cipit hec ſancta Synodus vniuerſis ſancte roma
ne eccleſie cardinalibus patriarchis archiepĩs epĩs ⁊ alijs q̃buſcunqꝫ
in curia dicti dñi Eugenij exiſtentibꝰ qui Synodis generalibꝰ de iu
re vel cõſuetudine intereſſe tenent̃/ vt ad hoc ſacrũ cõcilium Baſilieñ.
Ceteri vero ad loca ſuorũ beneficiorũ vel alibi extra curiã ſe trãſferant
ſub penis excõicationis priuatiõis omniũ beneficiorũ dignitatũ ⁊ offi

cioꝝ/ ⁊ inhabilitatiõis ꝑpetue/ quas ſi cõtra fecerint ipſo facto incur
rant. Jnhibet p̃terea ſub eiſdem penis hec ſancta Synodus ne quiſq̃
cuiuſuis ſtatus et dignitatꝫ Etiã ſi cardinalis patriarcha archiep̃us
vel ep̃us fuerit ab hac ſancta Synodo vigore ſeu p̃textu diſſolutiõis
aut trãſlationis ꝑ ipſum dñm Eugeniũ facte recedere audeat/ vel ab
actibus cõciliaribꝫ nullo pacto deſiſtere ſeu hmõi trãſlationi vel diſſo/
lutioni quomodolibet obedire. Decernit quoqꝫ hec ſãcta Synodus
vt oẽs et ſinguli ad hoc cõciliũ libere accedere poſſint/ ac ſi p̃fate diſſo/
lutio et trãſlatio p̃tenſe nullatenus emanaſſent/ nec quiſq̃ venientem
ad hoc ſacrũ cõciliũ quouiſmodo habeat impedire. Uniuerſis quoqꝫ
chriſtifidelib⁹ ſub penis excõicationis inhibet quacunqꝫ dignitate ec/
cleſiaſtica vel ſeculari/ ac etiã ſi cardinalatus patriarchali archiep̃ali
põtificali imꝑiali regali/ vl' alia quacũqꝫ p̃fulgeãt dignitate ne ad tale
p̃tenſum ꝯciliũ ꝑ ipm dñm Eugeniũ vt p̃mittit᷑ erectũ vel erigendũ ac
cedere vel mittere p̃ſumãt/ neqꝫ etiã vniuerſitates collegia capl'a cõita/
tes ad tale p̃tenſum cõciliũ mittant qđ ſi fecerint ipſo facto eccleſiaſti/
co ſubiaceant interdicto/ Deniqꝫ ne ipſe dñs Eugenius iugiter graui
ora grauioribus addere p̃ſumat/ noua ſciſmata et ſcandala ſuſcitan/
do/ auctoritatẽqꝫ vniuerſalis eccleſie vehementi⁹ impugnãdo Jnhi/
bet eidem hec ſancta Synodus/ ne deinceps aduerſus ipſam quicq̃
innouat/ eandẽ vel eius ſuppoſita et eidẽ adherentes ꝑturbãdo vel mo
leſtando ſeu iã attẽptata cõtinuet/ ac etiã vniuerſos qui beneficia di/
gnitates ꝑſonatus et officia ſuppoſitoꝝ hui⁹ ſacri concilij/ ſeu eidem
concilio adherẽtiũ impetrauerint ſeu obtinuerint ſeu impetrare tẽpta/
uerint vel obtinere/ etiã ſi motu ꝓprio cõceſſa fuerint/ et omnes q̇ hu/
iuſmodi impetrationẽ ꝓuiſionẽ vel bñficioꝝ quorũcũqꝫ aſſecutionez
fauorẽ vel auxiliũ dederint/ quacũqꝫ p̃fulgeãt dignitate vt p̃mittit᷑ ec/
cleſiaſtica vel ſeculari Etiaz ſi vniuerſitates cõmunitates collegia vel
capl'a fuerint aliqđ ſeu aliqua ſuppoſitoꝝ hui⁹ cõcilij et eidem adhe/
rentiũ vigore ſeu p̃textu p̃tenſe ordinationis ꝑ ipm dñm Eugeniũ fa/
cte in ſuis beneficijs ac alijs rebus moleſtauerint vel perturbauerint
quacũqꝫ auctoritate ordinaria vel delegata Decernit eadẽ ſancta Sy
nodus penis excõicationis priuationis ab omnib⁹ beneficijs officijs
et dignitatibus ac inhabilitationis ad eadẽ quãtũ ad ſingulares per/
ſonas. Et ſi vniuerſitates cõmunitates vel collegia aut capitula fue/
rint interdicto eccleſiaſtico ipſo facto ſubiacere decretis alijs hui⁹ ſan/
cte Synodi/ q̃ incipiunt/ ambicioſoꝝ. ⁊ vt ſacri. et cũ chriſti eccleſia. et
alijs quibuſcũqꝫ ipſius decretis et ordinationibus in ſuo robore dura
turis. Jnſuper vniuerſis p̃latis/ etiã pontificali dignitate p̃fulgentibꝫ
capitulis vniuerſitatibꝫ cõmunitatibus et collegijs et alijs quibuſcũ/
qꝫ perſonis eccleſiaſticis ſub penis p̃dictis quo ad ſingulares ꝑſonas
et quo ad cõmunitates vniuerſitates collegia capitula ſub penis ceſſa/
tionis a diuinis ⁊ interdicti quas ſi contra fecerint incurrant ipſo fa/

cto/ Prohibet hec ſancta Synodus ne aliquē qui p̄fata beneficia di/
gnitates et officia ſuppoſitorū hui⁹ ſacri concilij et eidē adherentiū ſi/
cut premittiẜ obtinuerint recipere ſeu admittere ad poſſeſſionē vel in/
ueſtire quouiſmodo audeant litteris quoq; ꝓuiſionibus et mandatis
papalibus vel quibuſcūq; quacunq; auctoritate ordinaria vel delega
ta/ſub quacūq; cenſuris vel penis emanatis ſuper hmōi priuationi/
bus ac p̄fatorū beneficioꝝ dignitatū pſonatuū et officioꝝ collationi
bus hec ſancta Synodus decernit nullatenus fore obediendū/ qōq;
aduerſus penas ſuperius premiſſas nullus reſtitui/ ⁊ ad diuinorū ce/
lebratione rehabilitari reintegrari/ ſed nec a ſententia excōicationis ex
cepto dūtaxat in mortis articulo abſolui/ vel etiā quo ad cōmunitates
⁊ capitula ac vniuerſitates et collegia interdicta relaxari niſi per hanc
ſanctaꝫ Synodū poſſint/ vt aūt nullus huius noſtre ordinationis et
decreti poſſit quouiſmodo p̄tendere ignorantiā volumus et manda/
mus hanc p̄ſentē paginā valuis huius eccleſie cathedralis Baſilieñ.
ſub noſtra bulla affigi atq; publicari et ꝑ affixionem ipam eidē domi/
no Eugenio: ac vniuerſis ⁊ ſingulis intimari. Nulli ergo omnino ho/
minū liceat hanc paginā noſtre voluntatis decreti mandati caſſatio/
nis irritationis inhabilitationis priuationis excōicationis interdicti
a diuinis ceſſationis affixionis ⁊ intimationis infringere/ vel ei auſu
temerario contraire. Siquis aūt hoc attemptare p̄ſūpſerit indigna/
tionē omnipotentis dei et vniuerſalis eccleſie ſe nouerit incurſuꝝ. Da
tum in Seſſione noſtra publica in eccleſia maiori Baſilieñ. quarto
idus octobris celebrata. Anno a natiuitate domini Milleſimo qua/
dringenteſimo triceſimo ſeptimo.

¶ Seſſio triceſima ſuper modo cōmunionis.

Sacroſctā generalis Sy=
nodus Baſilieñ. in ſpirituſancto legittime cōgrega/
ta vniuerſalē eccleſiā rapſentās. Ad ꝑpetuam rei me/
moriam. Ut lucidius videaẜ pro declaratione catho
lice veritatis quid circa perceptionē ſacre eucharistie
tenendū ſit et agendū ꝓ vtilitate ⁊ ſalute populi chri
ſtiani poſt diligentē perſcrutationē diuinarū ſcriptu
rarū ſacrorūq; canonū et doctrinarū a ſanctis patribus et doctorib⁹
traditarum in hac ſancta Synodo longis tēporibus habitam/ Con/
ſideratiſq; omnibus que ꝓ declaratione hui⁹ rei cōſideranda fuerunt
Decernit et declarat eadem ſancta Synodus/ ꝙ fideles laici ſiue cle/
rici cōmunicantes ⁊ nō cōficientes nō aſtringūtur ex precepto domini
ad ſuſcipiendum ſub vtraq; ſpecie panis ſcꝫ et vini ſacrum eucharistie
ſacramentum. Sed eccleſia que regiẜ ſpiritu veritatis ſecum manente
in eternum/ et cum qua chriſtus manet vſq; ad conſummationem ſecu
li ſicut ait diuina ſcriptura/ ordinare habet quomodo ipſis non conſi

cientibus miniſtretur prout pro reuerentia ipſius ſacramenti ⁊ ſalu,
te fidelium viderit expedire/ ſiue autem ſub vna ſpecie ſiue ſub duplici
quis cōmunicet ſm ordinationem ſeu obſeruationē eccleſie proficit di
gne cōmunicātibus ad ſalutem. Nec nullatenus ambigēdū eſt quod
non ſub ſpecie panis caro tantum/ nec ſub ſpecie vini ſanguis tantum
ſed ſub qualibet ſpecie eſt integre totus chriſtus/ Laudabilis quoqȝ cō
ſuetudo cōmunicandi laicum populū ſub vna ſpecie ab eccleſia et ſan,
ctis patribus rationabiliter introducta/ Et hactenus diutiſſime ob,
ſeruata/ ⁊ a doctoribus diuine legis ſacrarum ſcripturarum atqȝ ca,
nonum multam peritiam habentibus iam a longeuo tēpore cōmen,
data pro lege habenda eſt/ nec alicui licitum eſt eam reprobare/ aut
ſine auctoritate eccleſie ipſam immutare. Datum Baſilee in noſtra ſo
lenni et publica Seſſione. x. kalēdas Januarij. Anno a natiuitate do
mini Milleſimoquadringenteſimotriceſimoſeptimo.

## ¶ Seſſio triceſima prima de cauſis.

SAcroſctā generalis ſyno-
dus Baſilieñ. in ſpiritu ſancto legittime congregata
vniuerſalem eccleſiam repſentans/ ad futuram rei
memoriam. Eccleſiaſtice ſollicitudinis ſtudiū iugiter
inuigilare cōuenit vt fraterna charitas in clero et po,
pulo chriſtiano vigeat ne quiſqȝ per vexationes ⁊ af,
flictiones indebitas, primū ſuū opprimere permitta
tur/ ſicqȝ iuſticie ordine debito cuilibet miniſtretur. Ut et viris doloſis
auferat nocendi licentia/ et quies ac tranquillitas rectorum non faci,
le perturbetur/ inoleuerūt autē hactenus intollerabilium vexationū
abuſus permulti dum nimium frequenter/ a remotiſſimis etiam par
tibus ad romanam curiam et interdum pro paruis et minutis rebus
ac negotijs q̄ȝplurimi citari et euocari conſueuerūt/ atqȝ ita expenſis
et laboribus fatigari vt nōnunq̄ȝ cōmodius arbitrarentur iuri ſuo ce,
dere/ aut vexationem ſuam graui damno redimere q̄ȝ in tam longin,
qua regione litiū ſubire diſpēdia / ſic facile extitit calūnioſis opprime,
re pauperes/ ſic beneficia eccleſiaſtica plerūqȝ minꝰ iuſte ꝑ litiū anfra,
ctus obtenta ſunt dum iuſtis poſſeſſoribꝰ eorū ſeu quibus illa de iure
cōpetebāt/ neqȝ opes neqȝ facultates ad illos ſūptus ſufficere poterat
quos longinqua profectio ad romanā curiam et litis agitatio in ea,
dem depoſcebāt. Confundit etiam exinde ordo eccleſiaſticus dum or
dinarijs iudicibus ſua iuriſdictio minime ſeruatur pecunie et faculta
tes regnorum ac prouinciarum hoc pacto non parum diminute ſunt.
Et quod vniuerſo eccleſiaſtico ordini admodum nocere compertum
eſt/ Hij quos ad ſumma negocia chriſtiane religionis ſublimitas di,
gnitatis euocabat minus illis reddebant intenti dum ipſorū mentes

nimiū occupabat aſſidua cauſarū multitudo. Que attendens hec ſan
cta Synodus / et pro reformatione eccleſie dei in capite ⁊ in mēbris iu
xta poteſtatē ſibi a dn̄o conceſſam euigilans vt om̄ia deinceps ordi/
ne cōgruo peragant̄ ad ſalutē animarū et pacem ac quietē cunctorum
Statuit ⁊ decernit quod in partibus vltra quattuor dietas a romana
curia diſtantibus / om̄es quecūqꝫ cauſe exceptis maioribus in iure ex
preſſe enumeratis / et electionū eccleſiarū cathedraliū ⁊ monaſteriorū
quas immediata ſubiectio ad ſedem apoſtolicā deuoluit / apud illos
iudices in partibus qui de iure aut cōſuetudine p̄ſcripta vel priuilegio
cognitionē habent terminent̄ ⁊ finiant̄. Et ne ſub vmbra appellationū
que nimiū leuiter ⁊ nōnunqꝫ friuole hactenus interponi viſe ſunt / at/
qꝫ etiam in eadem inſtantia ad prorogationē litium ſepe multiplicari
materia fouendis iniuſtis vexationibus relinquat̄. Statuit eadē ſan
cta Synodus / quod ſi quis offenſus coram ſuo iudice habere nō poſ
ſit iuſticie complementū / ad immediatū ſuperiorē per appellationē re
curſum habeat / nec ad quēcunqꝫ etiam ad papam obmiſſo medio ne/
qꝫ a grauamine in quacūqꝫ inſtantia / ante diffinitiuā ſentētiā quomo
dolibet appelletur niſi forſitan tale grauamen extiterit quod in diffini/
tiua reparari requiret quo caſu nō alias ad immediatū ſuperiorem li
ceat appellare. Si vero quiſpiam a ſedis apoſtolice immediate ſubie/
cto ad ipſam ſedem duxerit appellandū cauſa per reſcriptū vſqꝫ ad fi/
nem litis incluſiue in partibus cōmittatur. Niſi forte propter defectū
iuſticie / aut iuſtum metū etiam in partibus conuicinis / de quibus in
cōmiſſione exprimendis legittimo prius documento alias qꝫ per iura
mentū ſumarie cōſtiterit apud ipſam ſedem foret merito retinēda. Et
quicquid incōtrariū huius ſaluberrimi decreti attemptatū factū vel
obtentū fuerit ſit nullū ipſo facto. Litigantesqꝫ qui cōtra fecerint in ex/
penſis condemnent̄. Romane vero eccleſie cardinales vicecancellari/
um camerariū magnū penitentiariū ꝓthonotarios ⁊ alios ſedis apo/
ſtolice officiales actu in romana curia ſuis officijs inſiſtētes hoc decre
to non intendimus cōprehendi / ne tamē in diſſolutionē vel tranſlatio/
nem p̄ſentis concilij aut erectionē Conuenticuli apud ferrariā vel ali
bi ſub nomine concilij generalis Quas dn̄s Eugenius papa quartus
efficere conatus eſt / vel conetur in futurū. Cauſas ipſas et maxime
incorporatoꝝ aut incorporandoꝝ in hoc ſacro concilio quas hec ſan/
cta Synodus remitteret aut nō reciperet in curiam ipius dn̄i Euge/
nij / aut p̄fatum conuenticulū ferrarienſe vel aliud defacto trahi conti
gerit in fomentū diſſolutionis tranſlationis ⁊ erectionis predictorū.
Voluit eadem ſancta Synodus cauſas quaſcunqꝫ pendentes ⁊ com
miſſas / aut etiam quaſcūqꝫ cauſas incorporatorū / atqꝫ alias per ap/
pellationē deuolutas aut deuoluendas / necnon illas que obſeruatio/
nem decretorū ipſius ſancte Synodi concernūt apud eandem Syno
dum ipſa durante / ſeu donec aliter fuerit ordinatum tractare Saluis

etiam aduocationibus cauſarum pendentiū in romana curia per que-
cunqꝫ noſtra decreta factis aut faciendis. Decretis etiam alijs ⁊ ordi/
nationibus eiuſdem ſancte Synodi in ſuo robore remanētibus. Da
tum in ſeſſione noſtra publica in maiori eccleſia Baſilieñ. ſolenniter ce
lebrata. ix. kl'as Februarij. Anno a natiuitate domini. Milleſimoqua
dringenteſimotriceſimooctauo.

¶ Decretū de collationibus beneficiorū.

SAcroſancta generalis Synodus Baſilieñ. in ſpiritu ſan
cto legittime congregata vniuerſalē eccleſiā repreſentans.
Ad perpetuā rei memoriā. Placuit diuine pietati hoc tem/
pore animos hominū qui varijs abuſibus irritari ceperant
vehementius excitare vt ſaluus quereꝛ cunctorū ⁊ per Sy
nodum vniuerſalē eccleſie in melius reformarenꝛ cuꝫ ſalutari directio
ne capitis et membrorū in viam iuſticie ⁊ ſanctitatis. Quod vt facili/
us atqꝫ ordinatius fieret/ et ne pretextu variarum opinionū aut roma
ni pontifices/ aut alij quicunqꝫ non ſatis vniuerſalibus concilijs obe
dirent. Prediſpoſuit eadem diuina pietas in ſacro Conſtantieñ. conci
lio ſynodorū vniuerſaliū iuriſdictionē ita declarari vt nulli relinque/
retur ambigendi occaſio cum decreto ſolenni diffinitum extitit vniuer
ſale conciliū habere auctoritatē immedietate a chriſto cui quilibet cu/
iuſcunqꝫ ſtatus et dignitatis etiaꝫ ſi papalis fuerit obedire tenetur in
his que pertinent ad fidem ad extirpationē ſciſmatis et reformationē
eccleſie dei in capite et in membris ac ꝑtinentibus ad ea. Dum autem
hec cura reformande eccleſie huic ſancte vniuerſali Synodo Baſilieñ.
incumbit/ hoc vnum ſingulari ſollicitudine ꝓſequendū arbitratur/ vt
per ſingulas eccleſias miniſtri inſtituanꝛ idonei/ qui ſcientijs et virtu
tibus effulgeant ad chriſti gloriā ⁊ vniuerſi populi chriſtiani edificati
onem ſalutarem cui rei graue impedimentū hactenus afferre viſa eſt
gratiarū expectatiuarū multitudo que grauem ordini ⁊ ſtatui eccleſi/
aſtico perturbationē variaſqꝫ inordinationes ac plurima diſcrimina
comperiꝛ inieciſſe. Ex his enim frequētius dati ſunt eccleſijs miniſtri
nō probati nec cogniti vacaturorū qꝫ beneficiorū expectatio ſicut anti/
qua iura teſtātur occaſionem deſiderande mortis aliene preſtare ſolet
quod plurimū preiudicat animarū ſaluti. Sed et inſuper lites innu/
mere et cōtentiones inter ſeruos dei excitantur rancores et iurgia nu/
triuntur. Pluralitatis beneficiorū fouetur ambicio facultates ac pecu
nie regnorū et prouinciarū mirum in modū exhauriunꝛ pauperes diſ/
currendo ad romanā curiam innumerabiles vexationes ſubeunt/ ⁊ in
ter viarum diſcrimina nōnunqꝫ ſpolianꝛ occidūtur ac varijs affligun
tur peſtibus/ atqꝫ ſuis patrimonijs ac parentū opibus exhauſtis gra/
ui egeſtate ſubiacere cogūtur. Plurimi abſqꝫ iuſto titulo beneficia ſibi
vendicant/ ⁊ non quibus iure debentur illa obtinent. Sed nonnunqꝫ
hij quibus aut circumueniendi proximum maior aſtutia/ aut ad liti/

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Baden-Württemberg

gandū facultas ſuppetit vberioꝛ / ſub inuolutionibus quoqꝫ preroga/
tiuarū antelationū aliorumqꝫ huiuſmodi gratias cōcomitantiū frau/
des plurimas ⁊ deceptiones contigit inueniri. Juuenibus etiam qui
ſtudio litterarū ⁊ virtuoſis operibus intendere deberent datur mate/
ria euagādi qui ſepius per litiū anfractus ⁊ varios diſcurſus ratione
gratiarū ipſarū turbantur ⁊ inquietant᷑. Ordinarijs collatoribus ſuū
miniſteriū ſubtrahitur ⁊ cōfūdit᷑ eccleſiaſticus ordo dum vnicuiqꝫ ſua
iuriſdictio nō ſeruat᷑. Romani dum officia inferioꝝ nimiū ſibi vendi/
cant a maioribus ⁊ magis fructuoſis operibus vniuerſale bonū con/
cernentibus retrahunt᷑. Nec inferiorū directioni atqꝫ correctioni inui/
gilant ſicuti publica vtilitas expoſcit. Que omnia grauem cōfuſionē
ſtatui clericali ⁊ ſacerdotali in diſpendiū diuini cultus et ꝑiudiciū pu/
blice ſalutis afferunt. Poſſentqꝫ grauiorem in futurū afferre ruinā re/
bus his in deteriora iugiter ꝓlabentibus niſi ꝓuideretur in aduerſū.
Volens itaqꝫ hec ſancta Synodus ſuper his oportunū remediū ad/
hibere ſtatuit ⁊ decernit vt romanus pontifex qui ꝓ tēpore fuerit eas
deinceps gratias expectatiuas / aut nominatiōes nullō mō nulla ve
ex cauſa concedat cum ipſe ꝑ ceteris ne ſit tantoꝝ occaſio maloꝝ abſti
nere debeat. Fruſtra eīm inferioribus inhiberetur ſi ipē qui alijs debet
eſſe omniū bonoꝝ et virtutū exemplar nō abſtineret. Ut enim ille ſan/
ctiſſimus ⁊ doctiſſimus leo papa inquit. Totius familie dñi ſtatus et
ordo mutabit᷑ ſi quod inquirit᷑ in corpore nō inuenitur in capite. Inte
gritas etiam preſidentiū ſalus dinoſcit᷑ eſſe inferiorū. Ceſſentqꝫ de cete
ro iam facte ⁊ tam ipſe qꝫ etiam fiende ſi que fiant nulle ſint ipſo facto.
Exceptis illis gratijs ⁊ nominationibus ſuper quibus proceſſus iam
ſunt expediti / quas ex certis rationabilibus cauſis in octo menſibus
quibus ad nos curſum cōſueuerunt habere tollerandas duximus do
nec aliter fuerit ordinatū. Reſeruationes etiā particulares quecūqꝫ fu
erint beneficiorum vacaturorū tam per romanos pontifices qꝫ per le/
gatos ſedis apoſtolice decetero nulle ſint ipſo facto. Nō tamen inten/
dit prohibere hec ſancta Synodus hoc preſenti decreto quo minus
futuri romani pontifices tempore pontificatus ſui modo honeſto / et
conuenienti de vno beneficio ad collationem in qua fuerint decem be/
neficia / et de duobus vbi fuerint quinquaginta ⁊ vltra diſponant. Ita
tamen vt in eadem eccleſia cathedrali vel collegiata duas prebendas
ſuo tēpore non cōferant / vt qualificationes graduatorū inferius deſi/
gnate in ipſis prebendis ſuum valeāt ſortiri effectum. Neqꝫ etiam col/
lationes per ꝑuentionem fiendas intendit impedire decreto noſtro
de reſeruationibus quo ad cetera et alijs decretis huius ſancte Syno
di in ſuo robore duraturis. Ut vero ceteri ad quos beneficiorum dig/
nitatum perſonatuum officiorum ⁊ adminiſtrationū collatio ſeu que
uis diſpoſitio ſpectat ad prouidendū litteratis viris et ſcientia pero/
natis ſpecialius aſtringantur. Voluit eadē ſancta Synodus certas

qualitates virorum litteratorum et graduatorum deſignari quibus
certo ordine debeat prouideri prout inferius annotatur. Adijciens ꝙ
ſi per prelatos et doctores alicuius nationis in hoc concilio conſiſten
tes pro bono ſue nationis aliter circa huiuſmodi qualificationeſ diſpo
nendum videatur in futurum quicquid per illos fuerit ordinatum et
in generali congregatione preſentis concilij concluſum extunc prout
extunc ratum ⁊ firmum habeatur/ et vim decreti habeat/ ac ſi in pre/
ſenti decreto de verbo ad verbum expreſſum foret. Quod ſi quis cuiuſ
cunqꝫ ſtatus etiam ſi cardinalatus patriarchalis pontificalis aut al/
terius cuiuſlibet dignitatis contra predictum ordinem ⁊ qualificatio
nes vt premittitur deſignatas vel deſignandas de ipſis beneficijs dig
nitatibus perſonatibus officijs et adminiſtrationibus quouiſmodo
diſpoſuerit eoipſo ſit irritum et inane: Collatioqꝫ huiuſmodi ac proui/
ſio ſeu queuis diſpoſitio ad ſuperiorem proximum deuoluatur/ qui ſi/
militer habeat prouidere/ quod ſi nõ fecerit ad alium ſuperiorem pro
ximum deuoluatur gradatim vſqꝫ ad ſummū pontificem aſcendendo
Non volumus tamen ordinarios collatores ⁊ eos ad quos preſenta/
tio ſeu alia queuis diſpoſitio beneficiorum ſpectat in quattuor menſi/
bus quibus prefate gratie expectatiue vel nominationes curſum non
habent donec ipſe gratie et nominationes ad eorum collationem pro
uiſionem preſentationem ſeu diſpoſitionē conceſſe ceſſauerint ad qua
lificationes infraſcriptas obſeruandas aſtringi.

¶Sequūt qualificationes et ordo in conferendis benefi
cijs per ordinarios de quibus ſupra tactū eſt.

PRimo cum per generalis concilij ſtatuta ſancte ordina/
tum exiſtat ꝙ quelibet eccleſia Metropolitica teneatur ⁊
debeat vnum habere Theologum qui ſua doctrina ⁊ pre
dicationibus fructuꝫ ſalutis afferat. Ordinat hec ſancta
Synodus/ ꝙ extendatur etiaꝫ huiuſmodi ordinatio ad
eccleſias cathedrales taliter videlicet ꝙ quilibet collator ipſarum pre/
bendarum teneatur et debeat canonicatū et prebendam quam primū
facultas ſe obtulerit/ et inueniri poterit vni magiſtro licenciato vel in
theologia baccalario formato qui per decenniū in vniuerſitate priui/
legiata ſtuduerit ⁊ onus reſidentie ac lecture ⁊ predicationis ſubireuo
luerit quiqꝫ bis aut ſemel ad minus per ſingulas hebdomadas ceſ/
ſante legittimo impedimento legere habeat/ et quotiens ipſum in hu
iuſmodi lectura deficere contigerit ad arbitrium capituli in ſubtracti
one diſtributionū totius hebdomade puniri poſſit. Et ſi reſidentiam
deſeruerit de alio prouideatur. Uerumtamen vt liberius ſtudio vaca/
re poſſit nihil perdat cum abſens fuerit a diuinis. Inſuper ꝙ in qua
libet eccleſia cathedrali vel collegiata vltra predictam prebendam
theologo vt premittitur aſſignandam tertia pars prebendarum

cōferatur graduatis aliaꝙ idoneis modo ꝛ forma infraſcriptis/ſic ꝙ
prima vacatura hmōi graduato/et deinde poſt alias duas ſequēs eo/
dē modo cōferaꝝ ꝛ ſic deinceps videlicet magiſtris aut licenciatis ſeu
baccalarijs formatis in theologia qui ꝑ decenniū in aliqua vniuerſita
te priuilegiata. Doctorib ſeu licenciatis in altero Juriū vel medicina
qui ꝑ ſeptē annos in ſua facultate ſtuduerint in vniuerſitate vt ſupra
Magiſtris ſeu licētiatis in artibus cū rigore examinis qui ꝑ quinquē
niū in aliqua vniuerſitate a logicalibus incluſiue/et ſupra in artibus
vel in alia ſuperiori facultate ſtuduerint Necnō in theologia qui ꝑ ſex
annos vel in vtroqꝫ aut in altero iuriū Baccalarijs qui ꝑ triennium
Si nobiles ex vtroqꝫ parente et ex antiquo genere/alias aut per quin
quēniū/cōſimiliter in aliqua vniuerſitate priuilegiata ad minus ſuūꝫ
ſtudiū fecerint qui de p̄dictis gradibꝰ tꝑe et nobilitate ſupradictis fi/
dem facere teneaꝝ collatori ꝑ legittima documenta/exhortamur ta
mē ordinarios collatores ꝙ in cōferēdis bn̄ficijs hmōi preſertim quo
ad dignitates reſpectū habeāt ſingulariter ad magiſtros necnō licen/
ciatos et baccalarios formatos in theologia Jn dignitatibꝰ vero non
electiuis ꝑſonatibꝰ adminiſtrationibꝰ et officijs dictarū eccleſiaꝝ idē
ordo modus et forma in omnib obſeruenꝝ. Quod ſi quis ex dictis
qualificatis tꝑe vacationis p̄bēde ſeu dignitatis hmōi alias duas ob
tineat prebendas ſeu dignitates et prebendas aliā ſeu aliud beneficiū
ſeu beneficia quod vel que reſidendo in altero ipſorū et horis diuinis
intereſſendo valeret ſeu valerent vſqꝫ ad ſummā ſeu extimationem du
cētorū florenoꝝ camere/Similiter quicunqꝫ duas prebendas cathe/
drales obtinuerit nullatenus in ipſa tertia parte includi ſeu appreben/
di cenſeatur. Jn eccleſijs autem parrochialibus qui in ciuitatibus
aut villis muratis exiſtunt inſtituantur perſoꝛe ſic vt ſupra qualifica/
te aut ad minus qui per tres annos in theologia vel altero iurium ſeu
magiſtri in artibus qui in aliqua vniuerſitate priuilegiata ſtudentes
fuerint et huiuſmodi gradum adepti fuerint ſi tales potuerint inueni
ri/qui voluerint huiuſmodi beneficijs deſeruire/ Et vt facilius inue/
niri poſſint Statuit hec ſancta Synodus ꝙ quolibet anno durante
tempore quadrageſime/omnes et ſinguli hoc modo qualificati de ip
ſa dyoceſi/et alij qui voluerint habeant per ſe vel per ꝓcuratorem ſua
nomina exhibere illis ad quos beneficiorum curatorum collatio vel
preſentatio ſpectat ſeu eorum vicarijs/quod ſi non fecerint collatio ſeu
preſentatio vel diſpoſitio aliterqꝫ vt premittitur facta non propter hoc
irrita cenſeatur. Et ſimiliter in collatione tertie partis prebendarum
ſuperius memorata intelligatur ſi tot graduati ſeu qualificati mo/
do premiſſo potuerint inueniri teneanturqꝫ vt premittitur ipſi gra/
duati et qualificati ſua nomina tempore predicto ipſis ad quos be/
neficiorum diſpoſitio ſpectat ſeu eorum vicarijs exhibere per ſe vel
per procuratorem/ Quod ſi non fecerint collatio ſeu preſentatio

vel diſpoſitio aliter q̄ȝ vt ꝑmittit̄ facta nō ꝓpter h̄ irrita ceſeat̄. Si qui vẽ
illi ad q̄s bn̄ficiorꝫ queuis diſpoſitio ſpectat cōtra ſupradictarū q̄liſi/
cationū deſignationē ⁊ ordinē aliq̄d bn̄ficiū ꝯtulerint ſeu ad ip̄m p̄n̄ta
uerint vel quōlibet diſpoſuerint ſit ipſo facto irritū ⁊ inane velut ſupe/
rius p̄miſſum eſt / et nihilominus per cōcilia ꝓuincialia cum in his de
fecerint / aut etiā pſonis nō ydoneis quoquomodo ꝓuiderint iuxta te/
norem cōſtitutionis cōcilij generalis que incipit. Graue de prebendis
corrigant̄ ⁊ debite puniant̄. Illi vero ad quos beneficiorꝫ regulariū
ſpectat collatio ſeu diſpoſitio p̄termiſſis indignis eadē religioſis ydo/
neis cōferant ⁊ aſſignāt. Quod ſi aliter fecerint per eorꝫ ſuperiores et
capitula ꝓuincialia corrigant̄ ⁊ debite puniant̄.

¶ Decretū de ſuſpenſione dn̄i Eugenij pape quarti ab ad-
miniſtratione papatus tā in ſp̄ualibus quā tēporalibus.

Sacroſancta generalis Synodus Baſilien̄ in ſpiritu ſan
cto legittime cōgregata vniuerſalē eccleſiā repꝛſentās / ad fu/
turā rei memoriā. Audiuit oīs eccleſia iam a plurimo tem/
pore quo pacto hec ſancta Synodus inter cetera ob refor/
mationē ipſius eccleſie dei in capite ⁊ in mēbris ſpecialiter
cōgregata cū ſua decreta ſalubria paſſim cōtemni ꝓſpiceret abuſuum
q̄ȝ deformitatē cōtinuari atq̄ȝ etiā plus ſolito inualeſcere in diuine ma
ieſtatis offenſam / et vniuerſi ſacerdotij atq̄ȝ tocius chriſtiane religiōis
ruinam miſerabilē videretq̄ȝ periculoſiſſimū ſciſma per erectionē alte/
rius p̄tenſi concilij iſto durante ⁊ alia plurima ſcādala imminere pplo
dei / ac vniuerſo orbi ꝑturbationē nō modicam ex reſiſtētia quā aduer/
ſus debitā reformationē eccleſie ⁊ ſalubria huius ſancte Synodi vbe
ra opera dn̄s Eugenius papa quartus diuiſionē aſſiduā fouendo / et
libitū ꝓprie voluntatis decretis ac ordinationibꝫ Synodalibꝫ p̄feren
do preſtare videbat̄. Impulſa eſt poſt longā plurimū annorꝫ expectati
onem ſuꝑ regimine eccleſiaſtico ſalubrē ꝓuiſionē q̄rere et ipſum dn̄m
Eugeniū inducere vt ea que ſaluti ſue ipius ⁊ vniuerſe eccleſie cōgrue/
bant in tantis tanq̄ȝ vrgētibus neceſſitatibus agere curaret. Cum hoc
ipſum eidē ſancte Synodo maxime liceret atq̄ȝ incūberet ex ea aucto/
ritate quā a chriſto immediate accepit. Cui vniuerſi fideles cuiuſcūq̄ȝ
ſtatus etiā ſi papalis exiſtant obedire tenent̄ in his que ꝑtinent ad fi/
dem extirpationē ſciſmatis ⁊ reformationē eccleſie in capite ⁊ in mem
bris veluti determinatio vniuerſalis eccleſie in ſacris ſcripturis funda
ta ⁊ in celeberrimo concilio cōſtantien̄. ꝓmulgata diffiniuit. Adijciens
q̄ quicūq̄ȝ cōtumaciter ipſi vniuerſali cōcilio obedire cōtempſerit in p̄/
dictis ⁊ ꝑtinētibus ad ea cōdigne penitētie ſubijciatur ⁊ debite punia
tur / ad alia iuris remedia ſi opus fuerit recurrēdo. Et tandem pridie
kalēdas menſis Auguſti nouiſſime p̄teriti decreuit hec ſancta Syno
dus terminū ſexaginta dierū ꝑemptorie prefigere infra quē prefatus
dn̄s Eugenius corā eadē ſynodo per ſe vel per aliū cōpareret / ſi qua

ſuper p̄dictis/ac aliĳs in dicto monitorio expreſſis ceteriſqꝫ in futurū
ꝓponendis que pro tunc nō ſine rationabili cauſa tacebant pro ſui ex/
cuſatione vel defenſione d[e]ceret ꝓponēda. Quo termino elapſo ſiue di/
ctus/ dñs Eugenius cōpareret ſiue nō hec ſancta Synodus adulteri
ora ꝓcedere decreuit cognoſcēdo ⁊ terminādo prout eccleſie ſancte dei
ſpiritu ſancto dictante videret expedire. Sed quod cū dolore referimꝰ
ipſe dñs Eugenius infra aſſignatū terminū neqꝫ per ſe neqꝫ per alium
cōparere voluit aut minimā excuſationē ſi quā haberet trāſmittere/ im
mo correc[ti]onē effugere volens diſſolutionē ⁊ trāſlationē concilĳ quā
de iure nō poterat de facto pendēte termino attemptauit. Cum tamen
iam altera vice diſſolutionē huius cōcilĳ per eum attemptatā reuocaſ
ſet declarans eam irritam ⁊ inanem/dicenſqꝫ ipm̄ conciliū pro refor/
matione eccleſie in capite ⁊ in mēbris legittime inchoatū cōtinuatum
fuiſſe ⁊ pſecutionē habere debere perinde ac ſi nulla diſſolutio facta fu
iſſet. Quibus attentis elapſo dicte citationis termino ſuam cōtumaci
am in publica ſeſſione ꝓmotores ⁊ ꝓcurator fiſcalis hu[i]us ſacri cōcilĳ
accuſarūt. Exigēteqꝫ iuſticia hec ſancta Synodus in ſua ſeſſione con/
tumaciā ipam dñi Eugenĳ ſufficiēter accuſatā declarauit ipſumqꝫ con
tumacē reputauit/decernēs eius abſentia nō obſtante ad vlteriora ꝓ/
cedēdū fore/ ꝓut ipſi ſancte Synodo videret. Cōſideratis neceſſitati
bus ⁊ vtilitatibꝰ vniuerſalis eccleſie. Et quāqꝫ attenta cōtumacie ma/
gnitudine eadem ſancta Synodus abſqꝫ vlteriori expectatione in ea
re ꝓcedere potuiſſet. Volens tamē nihilominus cū omni māſuetudi/
ne ⁊ benignitate ꝓcedere ad inſtantiā indite memorie Sigiſmūdi ro/
manoꝝ imperatoris. Et venerabiliū archiepiſcopoꝝ ceterorūqꝫ illuſtri
um p̄ncipum Electorū ſacri imperĳ per ſexaginta dies adhuc cenſuit
differendū vt per huius ſancte Syſlodi patientiā ꝓbaretur. Si ipius
dñi Eugenĳ animus ad ſalutē ſui ipius ⁊ vniuerſalis eccleſie inclinari
valeret. Confeſtim autē plenius innotuerūt ea que aduerſus hanc ſan/
c[t]am Synodū ⁊ eius ſuppoſita in p̄tenſa diſſolutiōe iam attemptata
ipſe dñs Eugenius ꝑpetrauerat transferendo hoc ſacrū conciliū in ci/
uitatem Ferrarieñ. ſi cōtra ipſum aut aliquē oratorū ſuoꝝ vlterius ꝓ/
cederet. Et p̄cipiendo ſub penis ⁊ cenſuris grauiſſimis quas tamē in
ferre nō poterat/ſuppoſitis huiusꝰ concilĳ vt ab eo diſcederēt. Qua in
re decreta ſacre Synodi Conſtantieñ. ⁊ iſtius manifeſte violabat trāſ
ferendo conciliū pro libiſo voluntatis preter conſenſum ipius/ ac etiā
vſurpando ſibi auctoritatē ſupra ſanctā Synodū de reformatione ec/
cleſie in capite agentē non recte ſentiens vt videbat de auctoritate ſacro
rum conciliorū/ ac determinationibus vniuerſalis eccleſie fidem con/
cernentibus tam in ipſo Conſtantieñ. concilio qꝫ in iſto promulgatis
ſuper obedientia quaꝫ ſummi pontifices Synodis vniuerſalibus ex
hibere tenent/ac etiam ſciſma introducens ⁊ aliud conciliū iſto duran
te erigens quod non fore conciliuꝫ ſed conuenticulū ſciſmaticorū iam

p̄cedentibus decretis fuerat declaratū ad diſſolutionē concilij iam ſe/
mel per ipſum reuocatā iterum redeūdo / et ex modo diſſolutionis ac
penarū adiectionis ſupra conciliū iuriſdictionē in facto reformationis
aſſumendo ſe non cōcilio ſed conciliū ſibi obedire teneri factis ſuis ꝓ/
quēlibet ad q̄ſcūqꝫ dignitates etiā ſi cardinalat⁹ p̄triarchal' archiep̄ales
ep̄ales ⁊ aliaſ q̄ſcūqꝫ necnō ꝑſonat⁹ adminiſtratōes officia ⁊ bn̄ficia q̄cū
qꝫ eccl'iaſtica ⁊ curā aiaꝝ hn̄tia q̄ idebite ac min⁹ canonice alias tn̄ colo
rato titl'o etiā ſi ꝑ ſimonie labē nō tn̄ ꝑ violētiā aut p̄textu lr̄aꝝ ⁊ iſtroꝝ
falſo fabricatoꝝ adepti ſunt et poſſident ipis tn̄ dignitatibus bn̄ficijs

officijs in quoꝝ adeptione labes ſimonie interuenerint ſuis in manib⁹
p̄dictorū confeſſoꝝ libere reſignatis reabilitare. Aliaq; eis poſt reabili
tationē huiuſmodi denuo abſq; alicuius iuris p̄iudicio cōferre. Et de
illis ꝓuidere. Et alias deſuꝑ ipſoꝝ ſtatui ⁊ indemnitatib⁹ cōſulere eti
am ad alias quaſcūq; dignitates vt p̄mittit̄ ⁊ beneficia illis canonice
cōferendas aut cōferenda reabilitando ac in omnib⁹ ⁊ per oīa libere ⁊
licite poſſint ⁊ valeāt prout romanus pontifex pro tēpore in legittima
adminiſtratione papatus cōſtitutus quomodolibet facere poſſet. Ita
tamē q̄ ipſoꝝ ſinguli de fructib⁹ per eos ex dignitatib⁹ ꝑſonatibus ad
miniſtrationib⁹ officijs ⁊ beneficijs huiuſmodi indebite ꝑcept; / aliq̄/
lem portionē ꝓ fabricis ⁊ ornamētis eccleſiarū ſeu alijs pro vſibus iux
ta voluntatē ⁊ diſcretionē confeſſoꝝ p̄dictoꝝ exponere debeant ac etiā
teneant̄. Et quibus quidē abſolutionibus abolitionib⁹ diſpenſationi
bus ⁊ ꝓuiſionibus etiā in iudicio ⁊ extra vbi opus fuerit ſtari volum⁹
ꝑſonis incorporatis ⁊ incorporādis p̄dictis auctoritate ipius vniuer/
ſalis tenore p̄ſentium indulgemus. Volumus autē q̄ ꝯfeſſores ipi de
his q̄bus ratione p̄miſſoꝝ fuerit impendēda Satiſfactio etiā ſimilis
incorporatis p̄dictis pro tēpore cōfitentibus per ſe ſi ſuꝑuixerint vel ꝑ
heredes ſuos aut alios ſi tunc forte trāſierint faciendā iniungāt / quā
ipſi abſoluti vel heredes aut alij p̄miſſi facere ⁊ adimplere teneant̄ vt
p̄fertur. Et ne q̄ abſit aliqui ꝓpter huiuſmodi gratiā reddant̄ ꝓcliuio/
res ad illicita in poſterū cōmittenda volumus. Q᷒ ſi ex cōfidentia re/
miſſionis hmōi aliquis vel aliqui incorporatoꝝ p̄dictoꝝ aliqua forte
cōmitteret quo ad illa remiſſio eis nullatenus ſuffraget̄ quoniā etiā
ad eos qui a nobis receſſerūt ⁊ ad diſſolutionē ſeu derogationē aucto
ritatis p̄ſentis ſacri cōcilij improbis auſibus machinati ſunt volum⁹
aliq̄tenus extendi. Nulli ergo hominū oīno liceat hanc paginā noſtre
cōceſſionis ⁊ volūtatis infringere vel ei auſu temerario contraire. Si
quis aūt hoc attēptare p̄ſumpſerit indignationē omipotētis dei ⁊ vni
uerſalis eccleſie ſe nouerit incurſurū. Datū Baſilee. v. kalendas Julij
Anno a natiuitate dn̄i. M. cccc. xxxix. apoſtolica ſede vacante.

NOs igitur vt tu qui ante datam litterarū p̄dictarū noſtre cōgre
gationi incorporatus fuiſti. Et nobiſcū ipius eccleſie cauſis et ne
gocijs ꝓſequēdis per ſex menſes ⁊ amplius ſollicitis ſtudijs labora/
ſti litterarū p̄dictarū pleno gaudeas effectu. Et ne eundē effectū ſuper
eo q̄ incorporatus fueris. Et per hmōi menſes nobiſcū laboraueris
vt p̄fertur cuiuſuis heſitationis ſuꝑſit ſcrupulus tēpore p̄cedente te vt
p̄fertur incorporatū fuiſſe. Ac ꝑ huiuſmodi mēſes nobiſcū realiter ⁊ ve
raciter laboraſſe. Harū ſerie litterarū atteſtamur. Et cunctis notū re/
linq̄mus volētes ⁊ auctoritate vniuerſalis eccleſie decernētes q̄ p̄ſen/
tes littere ad ꝓbandā plene huius rei ſeu facti exiſtentiā ſiue certitudi/
nē vbiq; ſufficiāt. Nec ad id ꝓbationis alterius adminiculū requirat̄
Nulli ergo oīno hominū liceat hāc paginā noſtre atteſtationis volūta

tis ⁊ cōſtitutionis infringere vel ei auſu temerario cōtraire. Si quis
autem hoc attemptare p̄ſumpſerit indignationē omnipotentis dei et
vniuerſalis eccleſie ſe nouerit incurſurū. Datū Baſilee vt ſupra.

¶Decretum quinqꝫ concluſionum.

Sacroſancta generalis Baſilieñ. Synodus ⁊c. Ad ꝑpe-
tuā rei memoriā ſollicitudinē generaliū cōciliorū quorū fre-
quēs celebratio agri dñici p̄cipua cultura eſt maxime fieri
decet vt euellāt et deſtruāt vepres ⁊ tribulos erroꝝ / edificēt
qꝫ et plantāt ſanā doctrinā veritatis ꝑ quā aīe boīm nutriā-
tur in ſalutē. Qđ attendens hec ſancta Synodus volēſqꝫ errores va-
rios aduerſus euāgelicā veritatē ⁊ determinatiōes eccl'ie pullulantes
extinguere tres catholice veritates fidei cordib⁹ oīm chriſtianoꝝ ꝑ ſo-
lenne decretū ſue Seſſiōis firmius inſerere curauit cui⁹ decreti Tenor
talis eſt Sacroſancta generalis Baſilieñ. ⁊c. Ad ꝑpetuā rei memoriā
Sicut vna eſt xp̄i eccl'ia ita ⁊c. vt habet̄ in. xxxiij. Seſſione. Hijs autē
ſic p̄miſſis ꝓuidendū inſup fuit vt ea reſcinderent̄ ſarculo eccleſiaſtice
ſollicitudinis que in aduerſum errata ſunt. Et potiſſime dū error in il-
lo dep̄hendit̄ q̄ animab⁹ chriſtianorū grauius poſſet afferre nocumē-
tū alioſqꝫ ad errandū facilius inducere. Tanta eni nobis cura eſſe de-
bet cōſeruāde chriſtiane fidei vt nec in minimo ꝑmittat̄ violari quā ꝑ-
tinaciter offendētes in aliquo totū offendere cenſet̄ / dū doctrinā eccle-
ſie catholice in hijs que fidei ſunt non ſequunt̄ velut ineffabilem regu-
lā / Sed iudiciū ꝓpriū in aduerſuꝫ obduratis animis ſequi volūt. Ve-
rū p̄cipue cauendū eſt ne is q̄ aliorum doctor in via veritatis eſſe de-
bet alios in foueā ⁊ p̄cipiti erroris abducat et potiſſime talis erroris q̄
vniuerſaliorū conciliorū auctoritatē eneruet quorū iudiciū ſummū eſt
in terris in extirpatione errorū ⁊ cōſeruatione recte fidei nec vnq̄ꝫ ali-
quis peritorū dubitauit ſummū pontificē in hijs que fidē cōcernūt iu-
dicio eorūdē cōciliorū vniuerſaliū eſſe ſubiectū. Cōquieſcat aūt chriſti-
ana religio in p̄miſſa declaratione catholice fidei circa ipſorū cōcilioꝝ
auctoritatē. Explicata in ſacra cōſtañ. Synodo Et deinceps cū olim
Eugenius papa quartus hanc Synodū Baſilieñ. ſine ipſius conſen-
ſu attemptaſſet prima vice diſſoluere declaratū ſibi fuit hoc ipſū p̄miſſe
declarationi repugnare. Qđqꝫ nō poterat diſſoluere aut in alium lo-
cum transferre vel in aliud tempus prorogare generale concilium vni-
uerſalem eccleſiā repreſentans ſine ꝯſenſu ipſius / ac etiā veritas iuris
diuini et articulus fidē cōcernens que ſine interitu ſalutis negligi nō
poteſt. Tandē poſt longā reſiſtentiā quā aduerſus veritatem fecerat et
multiplices ammonitiones atqꝫ informationes ſibi ꝑ hanc ſanctam
Synodum factas diſſolutionē ipſam reuocauit Illāqꝫ declarauit fu-
iſſe irritam et inanem reuocans etiā quicquid contra hui⁹ ſacri conci-
lij Baſilieñ. auctoritatē ꝑ ipſum aut ſuo nomine aſſertū erat / Sic vni-
uerſa eccleſia et chriſtiana religio in hac fidei veritate cōquieuit firmi-

m

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK Baden-Württemberg

ter credēs nō poſſe fieri diſſolutionē cōcilij ſine cōſenſu eius/ſpes autē
omniū erat ipm dn̄m Eugeniū attenta maxima adheſione Huic ſan
cte ſynodo ꝑ eū ſolenniter preſtita deinceps in vnitate fidei cū tota ec/
cleſia ꝑmanere a qua iterū proch dolor ſe grauius ꝑ attemptatā ſecun
dā diſſolutionē huiꝰ ſacri cōcilij ſine cōſenſu ipſius ſeparauit. Et cum
fuiſſet iterū ammonitꝰ vt hoc ipſum reuocaret expectatoqꝫ diuturno
tp̄e vt rurſum errorē dimitteret. Et ꝑtinatius in eo ꝑmanſit auctorita
tem cōciliorꝝ generaliū ⁊ veritates fidei circa eā declaratas aſſidue cō
culcans Qōqꝫ cōſiderans hec ſancta Synodus et vidēs ſenihil apud
eum ꝑ ammonitiones ⁊ expectationē ꝓficere omnibꝫ chriſtianis rei hu
ius veritatē manifeſtare debuit ne aliquos deinceps in ſuos errores at
trahere poſſit qui ꝑ ignorantiā laqueos ꝑditionis incurrāt. Sed po/
tius lumen doctrine eccleſie catholice iugiter ſequētes faciant rectos
greſſus ſuos in acquiſitione eterne ſalutis/ſitqꝫ oīm vna fides vna ſo/
cietas ſpes in vinculo pacis. Et vt clarius rei ſeries ipſius innoteſcat
poſſintqꝫ cuncti pleniꝰ veritatē ab errore lumen a tenebris diſcernere.
Quinqꝫ cōcluſiones in ſua cōgregatione generali cōcluſit hec ſancta ſy
nodus nono kalēdas Julij ꝓxime p̄teriti declaratiuas eorūqꝫ aduer/
ſus duas veritates in decreto ſupramemorato poſitas. Prefatꝰ Ga/
briel dictus tunc Eugeniꝰ papa quartus hec attemptauit Quarū qui
dem concluſionū tenor talis eſt.

¶ Veritatibus duabꝰ p̄dictis repugnat prima huiꝰ ſacri Baſilieñ.
concilij p̄tenſa diſſolutio ſeu trāſlatio ꝑ Eugeniū papam modernū de
plenitudine ptātis aplīce vt aſſerit attemptata.

¶ Veritatibus duabus p̄dictis repugnant errores Eugenij pape
moderni poſt primā p̄tenſam diſſolutionē ſiue trāſlationē Synodali
monitꝰ ac iuſſis ſnīa Et in forma ſibi oblata iudicialiter reuocauit.

¶ Veritatibus duabus p̄dictis repugnat ſacri huiꝰ Baſilieñ. cōci/
lij pretenſa diſſolutio ſiue tranſlatio ꝑ Eugeniū modernū citatū ſuper
facto reformationis attemptata de plenitudine ptātis vt aſſerit caſu
quo contra ipſum aut aliquē de ſuis preſidentibus ꝓcederet inexcuſa/
bilem in fide cōtineret errorem.

¶ Veritatibus duabus p̄dictis repugnās huiꝰ ſacri Baſilieñ. con/
cilij iterata diſſolutio ſeu trāſlatio p̄tenſa ipſum modernū Eugenium
diſſoluentē ſeu trāſlantē in reuocatū errorē ꝓbat iterꝝ eſſe ꝓlapſum.

¶ Veritatibus duabꝰ p̄dictis repugnās iterata diſſolutio ſeu trāſ/
latio Necnō ipſius Eugenij poſt eius monitionē ſynodalē vt ipſam
diſſolutionē ſeu trāſlationē p̄tēſam vt p̄mittit factā reuocaret. Declara
taqꝫ ꝯtinuata ac in eadē lōga ꝑmanētia aptaqꝫ ſua rebellio. Et alteri
us ꝯgregationis in vim p̄tenſe diſſolutionis ſub noīe cōcilij generalis
erectio hoc ſacro durante Baſilieñ. cōcilio ſūt de eiuſdem Eugenij ꝑti/
natia euidētia teſtimonia que clamore accētoris.

¶ Quequidē oīa deduci voluit hec ſctā ſynodus in noticiā cunctorꝝ

ꝑ pn̄tes vt euulſis erroribꝫ de agro dn̄i vnitas fidei refloreat ⁊ oībus
amplexantibꝫ verit tē eccl'ia dei cōſequat̄ ſalutē ⁊ pacē q̄ ꝑ hm̄ōi diſſo/
lutiōes ⁊ impugnatiōes ꝑ p̄fatū Gabrielē nūc dictū Eugeniū papam
quartū aduerſus ſctām ſynodū ſuſcitatas q̄ꝫplurima ꝑicula ⁊ detri/
mēta hucuſqꝫ ſuſtinuiſſe dinoſcit̄ et ſicuti in errore ſuſcitata ſcādala et
ſciſmata ſuccreuerūt ſicut ex agnitiōe v̄itatis pax ⁊ trāquillitas oriat̄
ipſaqꝫ xp̄i eccl'ia deſtruct, aduerſitatibꝫ vniuerſis ſecuritate gaudeat et
ſalute/ nulli ergo oīno hoīm liceat hāc paginā noſtre declaratiōis noti/
ficatiōis infringere/ vel ei auſu temerario cōtraire. Si q̄s aūt hoc at/
tēptare p̄ſūpſerit indignationē oīpotētis dei ⁊ vniuerſal' eccl'ie ſe noue/
rit incurſurū. Datū Baſilee i ſeſſiōe noſtra publica ſexto nonas Julij
Anno a natiuitate dn̄i. Mccccxxxix. ap'lica ſede vacante.

¶ Seſſio triceſimaſexta De cōceptione glorioſiſſime Beate
marie virginis.

Sacroſctā generalis ſyno/
dus Baſilien̄. in ſp̄ūſctō legittime ↄgregata vniuer/
ſalē eccl'iam rep̄ſentās/ ad ꝑpetuā rei memoriā Elu/
cidātibꝫ diuine gratie myſteria mercedē gratioſā re/
p̄omiſit eterna dei p̄ris ſapiētia dū ait: Qui elucidāt
me vitā eternā habebūt/ qđ etiā đ gl'ioſa virgine quo
ipam ſapiam dei filiū eternū i vtero ꝑtulit ac mundo
peperit ſacroſctā legit eccl'ia. Nā q̄cq̄d de dignitate ⁊ ſublimitate v̄gi/
nis m̄ris educit̄ i lucē/ Hoc nō dubiū ē ad laudē et honorē filij ſui ꝑti/
nere/ Et q̄ honorificāt gr̄az et ſctitatē m̄ris honorificāt ⁊ elucidāt glo
rioſū nomē filij ei⁹/ q̄ ipam ſctificauit ⁊ repleuit gr̄a/ Unde ſi i ceter, re
bus elucidatio v̄itat, q̄ a dn̄o deo ē p̄clara merita ꝑturit i ea re ſpāliter
fruct⁹ vberrimos afferre ſperāda ē q̄ ſctificationē ⁊ dedicationē tēpli
ei⁹ cōcernit. Jn q̄ an̄ ſecula an̄q̄ꝫ terra fieret. Et ab eterno ſibi māſionē
ordinauit prima et eterna v̄itas Jd q̄ꝫ maxime cōgruit vt pax habeat̄
in q̄ſtionibꝫ cōcernētibꝫ ſctitatē illi⁹ ꝑ quā pax diffuſa ē in terris/ Ha/
cten⁹ vero difficilis queſtio i diuerſis ꝑtibꝫ. Et corā hac ſancta ſynodo
ſuꝑ ↄceptiōe ipi⁹ gl'ioſe v̄ginis marie matris dei/ ⁊ exordio ſctificatio
nis ei⁹ facta ē. Quibuſdā dicētibꝫ ipam v̄ginē ⁊ ei⁹ aīam ꝑ aliquot tē/
pus aut inſtans tp̄is ſubiacuiſſe actualiter originali culpe Alijs autē
ecōuerſo dicētibꝫ a principio creationis ſue deū ipſam diligēdo gratiā
eidē cōtuliſſe ꝑ quā a macula originali illā beatiſſimā ꝑſonā liberans ⁊
p̄ſeruās ſublimiori ſanctificationis genere redemit cum fundaret eam
ipſam altiſſimus et ipſam fabricaret filius dei patris vt eſſet mater ei⁹
in terris Nos vero diligenter inſpectis auctoritatibus et rationibus
que iā a pluribꝫ annis in publicis relationib⁹ ex ꝑte vtriuſqꝫ doctrine
corā hac ſancta Synodo allegate ſunt Alijſqꝫ etiā plurimis ſuper hac
re viſis et matura cōſideratiōe p̄ēſatis doctrinā illam differentem glo

rioſam virginē dei genitricē mariā p̄ueniente et operante diuini numinis gratia ſingulari nūq̄ʒ actualiter ſubiacuiſſe originali peccato/ſed immunē ſemꝑ fuiſſe ab omni originali et actuali culpa ſanctāq̄ʒ immaculatā tanq̄ʒ piā et cōſonā cultui eccleſiaſtico fidei catholice recte rationi et ſacre ſcripture ab omnibus catholicis approbandū fore tenendam et amplexandā diffinimus et declaramꝰ/nulliq̄ʒ de cetero licitū eſſe in cōtrarium p̄dicare ſeu docere/renouantes p̄terea inſtitutionem de celebranda ſancta eius cōceptione que tā ꝑ romanā q̄ʒ ꝑ alias eccleſias ſexto Idus decēbris antiqua et laudabili cōſuetudine celebrat ſtatuimꝰ et ordinamus eandē celebritatē p̄fata die in omnibus eccleſijs monaſterijs cōuentibus chriſtiane religionis ſub nomine conceptionis feſtiuis laudibus colendā eſſe/Cunctiſq̄ʒ fidelibus vere penitentibus et cōfeſſis ea die miſſarum ſolennijs centū primis aūt vel ſecundis veſperis totidē/Sermoni vero verbi diuini de ea feſtiuitate intereſſentibus centūquinquaginta dies cōceſſione ꝑpetuis temporibus duratura de iniunctis ſibi penitentijs /hec ſancta Synodus elargitur. Datū Baſilee in Seſſione noſtra publica in maiori eccleſia Baſilien̄. ſolenniter celebrata .xv. kalendas Octobris. Anno a natiuitate dn̄i Milleſimoquadringenteſimotriceſimonono.

¶Seſſio triceſimaſeptima et eſt reuocatio proteſtationū conuentionum iuramētorum.

SAcroſancta generalis ſynodus Baſilien̄. in ſpiritu ſancto legittime cōgregata vniuerſalē eccleſiā rep̄ſentans ad futurā rei memoriā. Quoniā in ope neceſſario qđ fauente ſupna gratia aggreſſuri ſumus in eligendo ſummū pontificē ⁊ prouidendo ſaluti eccleſie in gloriā omnipotentis dei nō ſolū querere oportet que ad ipius operis cōſūmationē ꝓmouent/Verūetiā impedimenta tollere que felici ꝓgreſſui rerū agēdaꝝ aduerſari aut officere poſſunt vel quōlibet cōtraire vt purius ſincerius liberius ipſa electio ſummi pontificis fiat. Omnes et ſingulas ꝓteſtationes que poſſunt puritati ſinceritati et libertati et efficatie eiuſdem electionis et eligendi per ſacrū concilij ſummi pontificis obediētie plenarie obuiare. Necnon conuentiones pactiones ꝓmiſſiones obligationes Iuramenta condicta intelligentias ⁊ impedimenta vbicūq̄ʒ qualitercunq̄ʒ et per quoſcunq̄ʒ cuiuſcunq̄ʒ ſtatus gradus conditionis et p̄eminentie etiā ſi imperiali regali cardinalatus archiep̄ali ducali aut alia quacunq̄ʒ eccleſiaſtiaſtica vel mūdana prefulgeant dignitate in aduerſuʒ huiꝰ electionis factas et facta fiendas ⁊ fienda ex habundanti damnat et reprobat et annullat ꝓut etiā de ſeipſis nulla nulliuſq̄ʒ roboris vel momenti exiſtant/Mandans ſub obteſtatione diuini iudicij et ſub excōmunicationis pena quā in cōtrarium faciēdo ipo

facto incurrant. ꝑcipiẽs ne quis talia facere vel iam factis vti aut ea/
dem obſeruare quouiſmodo ꝑſumat. Omneſqꝫ et ſingulos ab hmõi
ꝓmiſſionibus et obligationibus quibuſcūqꝫ etiã iuramento vallatis
eadem ſancta Synodus ad cautelã et ex habundãti abſoluit ⁊ relax/
at ⁊ ꝓut hec de facto ꝓceſſerũt abſolutos ⁊ relaxatos eſſe declarat. Da
tũ Baſilee in Seſſione noſtra publica in maiori eccleſia Baſilieñ. ſo/
lenniter celebrata nono kalẽdas decẽbris. Anno a natiuitate domini
milleſimoquadringenteſimotriceſimonono.

¶ Aliud decretum eiuſdem Seſſionis de modo eligendi ſum
mum pontificem.

SAcroſancta generalis ſynodus Baſilieñ. in ſpirituſancto
legittime congregata vniuerſalem eccleſiã repꝛeſentans / ad
futurã rei memoriã. Cõſolabit̃ dñs ſyon ⁊ ꝯſolabit̃ oẽs rui
nas eiꝰ ait Eſaias ꝓpheta / ⁊ ponet deſertũ eius q̃ſi delitias
ſollicitudinẽ eius quaſi ortũ dñi gaudiũ et leticia inueniet̃
in ea / gratiarũ actio ⁊ vox laudis. ꝙ iam aſpirante ſingulari gratia ſpi
ritus paracliti in eccleſia cõſpicere ſperamꝰ ⁊ videre paſtorẽ bonũ con/
ſtituendũ a dño ſuꝑ familiã ſuã qui ſapienti et fideli regimine releuet
ipſam eccleſiã a languoribꝰ ſuis quos ex inutili et dãnoſa adminiſtra
tione hactenus ꝑpeſſa eſt. Et licet diuerſis tꝑibus diuerſi modi ſuper
electione romanoꝝ pontificũ obſeruati ſint ꝓut neceſſitas et vtilitas
eccleſie expoſcebat. Nunc tamen cura rei huiꝰ ſub directione omnipo/
tentis dei incũbit huic ſancte Synodo congregate ꝓ reformatione ec/
cleſie et ſalute omniũ fideliũ in noĩe chriſti ſaluatoris qui ait / Ubi ſũt
duo vel tres cõgregati in noĩe meo ibi ego ſum in medio eorũ. Et iam
poſt editionem ſalubrium decretorũ et ſacrorũ canonũ atqꝫ iuſtam de/
poſitionẽ illius qui ipſos canones et decreta ſpernebat ac paruipende/
bat ſancte reformationi ⁊ reſtauratiõi legis diuine ac publice ſaluti ve
hementer obſiſtens. Suꝑ eſt virũ talem querere a dño ⁊ cũ beneplaci/
to ſue benignitatis eligere ꝑ quẽ deſiderata cunctis gentibꝰ ipſa refor
matio atqꝫ ſalutaris gubernatio eccleſie dei / in ſalutarẽ reducant̃ effe/
ctũ. Nam et ſingulariter futurũ paſtori incũbit bene regẽdi neceſſitas
dũ recens exemplũ ſui ꝑdeceſſoris ob eius dãnoſum regimẽ eiecti an/
te oculos poſitũ habebit. Dudũ quoqꝫ in Seſſione huiꝰ ſãcte Syno/
di celebrata. xij. kalẽdas Julij. Anno a natiuitate dñi Milleſimoqua
dringenteſimotriceſimoſecundo ſtatutũ fuit de electione romani põti
ficis ſi ſedem apoſtolicã hoc ſedente cõcilio vacare cõtingeret in hunc
modũ / Hec ſancta Synodus decernit ſtatuit atqꝫ diffinit qd in euen/
tu vacationis ſedis apoſtolice hoc ſacro concilio durante electio ſũmi
pontificis in loco iſtius ſacri cõcilij fiat. Et interdicit ne alibi celebret̃
In cõtrariũ attemptata quauis auctoritate etiã ſi papali nõ obſtanti/
bus quibuſcunqꝫ cõſtitutionibꝰ editis vel edendis aut alijs in cõtrari
um faciẽdo ac ſi de ipſis eſſet de verbo ad verbum facienda mẽtio ſpe/

cialis aut iuramento firmata exiſtant quibus.ex certa.ſciētia derogat
et decernit nulla et irrita eſſe et nullius roboris vel momenti ipſo iure
Contrarium vero facientes et attemptantes ſint tam actiue q̄ paſ/
ſiue quo ad electionem romani pontificis et quaſcunq; alias digni/
tates inhabiles ⁊ omnibus habitis dignitatibus perpetuo priuati et
infamie notam et excōicationis ſententiam incurrāt ipſo facto Quod
ſi forſitan aliqua de facto pretenſa electio preſumeretur tam electus p̄
tenſus q̄ȝ illi adherentes et eum pro tali gerentes ſupradictas penas
incurrant Abſolutionem vero omnium et ſingulorum qui premiſſis
ſententias aut aliquam earum incurrerint quoquō dicta ſancta Sy.
nodus tantūmodo p̄terquā in mortis articulo ſibi reſeruat decernens
preſens decretum ligare afficere vim et effectum habere et ſortiri poſt
quadraginta dies continuo ꝓxime ſecuturos a die publicationis eiuſ
dem. Deinceps autem in noſtro decreto ſeptime Seſſionis ordinatū
fuit quod in euentum predictum vacationis ſedis apoſtolice hoc ſedē
te generali concilio ante ſexaginta dies a tempore ipſius vacationis
continue computandos ad electionem romane pontificis minime p/
cederetur/ quē terminuȝ ſexaginta dierum poſtq̄ȝ vacauit ipſa ſedes
per depoſitionem Gabrielis olim Eugenij pape quarti hec ſācta Sy
nodus dixit expectandum Decreuitq; a fluxo illo termino electioneȝ
romani pontificis in hoc ſacro concilio eſſe fiendam modis et for/
mis per ipſum concilium declarandis prout in decreto noſtro triceſi/
mequinte Seſſionis plenius continetur. Cum aūt iam poſt eiuſdem
termini lapſum adhuc per plures dies ad electionem prefatam proce/
dere diſtulerimus eccleſiaq; acerrimos dolores patiatur dum protela
tur ſedis apoſtolice diuturna vacatio Et differtur noui paſtoris ele/
ctio/ ipſe quoq; qui iuſtiſſime depoſitus eſt varijs artibus eccleſiā con
turbare conatur et apoſtolice ſedis primatum nephanda preſumtio/
ne tenere et occupare in graue ſcandalum eccleſie/ Et magnum peri/
culum fidei et religionis chriſtiane qui pertinaciam ſuam in dies ma/
gis ac magis hominibus manifeſtando menſe ſeptembris proxime p̄/
terito horrendam infectiuā aduerſus veritates fidei in hanc ſanctaȝ
Synodum eiuſq; fautores et defenſores promulgauit/ non correctio
nem ſeu emendationem proferens ſed omnem incorrigibilitatem et
pertinaciam oſtendens atq; ꝓprijs factis toti mundo manifeſtans
quod neceſſe eſt eccleſie catholice de prudenti et fideli paſtore prouide
re qui eam a perſecutionibus tam reprobi hominis defendat fidem
q; conſeruet ac iuſticiā et veritateȝ tueat̄ animaſq; p̄cioſo chriſti ſan/
guine redemptas quas prefatus Gabriel ſeducere nitit̄ dirigat in vi/
am ſalutis/ Nam ſicut res ipſa iudicat plura et maiora ſcandala in/
dies euenient niſi per auxilium gratie dei de remedio prouideret̄ opor
tuno. Ad quod querendum et de idoneo paſtore ꝓuidendū neceſſitas
fidei maxime nos impellit/ Volens itaq; tandem hec ſancta Syno/

dus poſt maturam et longam expectationem exſoluere debitum ob,
ſequiū dn̄o deo ſuo et ſaluti atqꝫ neceſſitati ipſius eccleſie vt tenet̄ pro,
uidere ad laudem et gloriam beatiſſime trinitatis patris et filij et ſpi,
ritusſancti Statuit decernit et declarat electionē romani pontificis
fiendā et celebrandā eſſe ꝓ hac vice ꝑ hoc ſacrū cōciliū Baſilien̄. ſeu ei⁹
auctoritate modis et formis infraſcript̄. ¶ Et p̄rio ꝙ vna cū dilecto
eccl'ie filio Ludouico tituli ſctē Cecilie ſctē romane eccl'ie p̄ſbytero car,
dinali ſirolaten̄. vulgariter nūcupato p̄ſente et p̄ſidente in h̄ ſacro cō,
cilio. Et alijs ipſius ſancte romane eccleſie cardinalibus ſi qui ante
conſūmatam electionem futuri ſummi pontificis aduenerint et adhe,
rentes huic ſacro concilio eidem electioni intereſſe voluerint. Alij tam
de prelatis q̄ꝫ ceteris honorabilibus eccleſiaſticis viris in ſacerdotio
aut ſaltem diaconatus ordine conſtituti vſqꝫ ad numerum triginta ⁊
duorum per eandem Synodum ad predictam electionē faciendā in
noſtra generali cōgregatione / ac in Seſſione publica nominādi et de
putandi poteſtatem habeant / prout ſcd̄m deum et conſcientias ſuas
eiſdem videbit̄ hac vice libere eligendi ſummū pontificem auctorita,
te huius ſancte Synodi ita vt ille abſqꝫ vlla exceptione ab vniuerſali
eccleſia ſummus pontifex habeat̄ / qui ab omnibus p̄dictis ſic debenti
bus ꝓ hac vice eligere / aut ſaltem a duabus partibus ipſorum fuerit
electus. Et cōſenſum vt infra dicit̄ p̄ſtiterit Nec valeat electio niſi due
partes predictorum in ipſum electum conſenſerint et conuenerint qui
omnes pro hac vice eligere debentes tanto attentius / ſinceris menti,
bus et expurgatis conſcientijs idoneum et pervtilem paſtorem elige,
re curent / quāto eccleſiam in maioribus neceſſitatibus poſitam cōſpi,
ciunt. Ad ſolum deum oculos dirigentes / qui in diſtrictiſſimo exami,
ne de tanto ⁊ tam arduo negocio Ex quo pendet ſalus vniuerſalis ec,
cleſie reddituri ſunt rationem. Ordinat inſuper ſtatuit et decernit hec
ſancta Synodus ꝙ ſupradicti eligere debentes die ſequente poſt no,
minationem eorum in congregatione generali conueniant omnes in
maiori eccleſia Baſilien̄. in q̄ miſſa ⁊ ſermo ſolēnes celebrēt̄. Et fiāt ꝓ
ut de more fieri in die quādo intrat̄ Cōclaue tenebit̄qꝫ eodem die pu
blica ſeſſio / et ibi omnes ſuſcipiant Euchariſtie ſacramētum / ac iura,
mētum preſtent qd̄ in viceſimatertia Seſſione huius ſancte Synodi
extitit ordinatum / Quibus peractis ſine redeūdo in domos ſuas in,
trent Conclaue ad hoc ordinatuꝫ in domo huius ciuitatis Baſilien̄.
in qua ſacra deputatio / ꝓ cōibus teneri cōſueuit / ad electionē huius
celebrādā ⁊ cōſequēter p̄ſentandū ac intimādū / ceteraqꝫ faciendū ob,
ſeruādū et ꝓſequendū q̄ in p̄ſenti decreto exp̄ſſa ſunt et q̄ in ceteris hic
nō expreſſis alia decreta huius ſancte Synodi / necnon alie conſtituti,
ones et ordinatiōes videlicet tā in corꝑe iuris clauſe q̄ꝫ extrauagātes
q̄ hacten⁹ obſeruari cōſueuerūt De cardinalib⁹ et alijs electoribꝫ ro,
mani pōtificis ſtatuūt ⁊ decernūt q̄ omnia ſaluis exp̄ſſis in p̄dicto de

creto volumus in ſuo robore ꝑmanere. Et etiā in p̄dictis ad eligendū ꝓ hac vice deputatis et deputādis locū habere queadmodū de cardinalibꝫ in p̄dictis decretis cōſtitutōibꝫ ⁊ ordinatiōibꝫ ſtatutū ⁊ ordinatum reperit̄. Sed nullū eiſdē exp̄ſſis quouiſmodo p̄iudiciū generari.

¶ Electus autē in papā p̄ñtata ſibi electione ſi preſens in hac ciuitate fuerit/ ꝑ aliquos ex ip̄is vel alios ad hoc habētes mandatū ab eis in p̄ſentia notarij Et ſaltē decem ꝑſonarū requiſitus/ teneat̄ infra diem naturalē ab hora requiſitionis cōſentire ac iurare modo et forma inferius deſcriptis. Alioquin eius electio ꝓ infecta habeat̄. Volumus autem ꝙ ſi cōtingeret ip̄m electū hm̄ōi electionē nō acceptare ſeu ei nō cōſentire modo ⁊ forma ⁊ in tp̄e ordinatis ꝙ p̄fati ad eligēdū ordinati ad alterius electionē ꝓcedant priuſq̄ȝ exeāt cōclaue ſi p̄fatus electus in hac ciuitate fuerit/ Si vero fuerit extra ciuitatē eo caſu infra triduuȝ poſt noticiā habitā in cōcilio. Et per ip̄m cōciliū in cōgregatōe generali declaratā de recuſatōe ꝑ electū facta iterū intrent cōclaue ꝓ electiōe alterius facienda omnibꝫ modis ⁊ formis ſicut ſuperius dictū eſt. Et ſi q̄s ipſoꝝ electoꝝ a tempore primi ingreſſus cōclauis in antea recederet a concilio vel decederet. Aut impedimentū haberet per qđ non poſſet electioni intereſſe/ vel etiā cōclaue intrare nollet alius loco eius ſurroget̄ de eadē natiōe per ip̄os ad eligendū deputatos. Aut per maiorē partē ipſoꝝ qui habebit cōmunicare ⁊ iurare/ ꝓut p̄fati deputati aut maior pars ipſoꝝ ordinauerit/ duretq̄ȝ p̄tās oīuȝ ⁊ ſinguloꝝ p̄dictoꝝ abſq̄ȝ noua deputatōe electoꝝ donec electio per eos facienda realiter per conſenſum electi ſortita fuerit effectū. Hanc aūt formā et modū electionis approbat/ ſtatuit/ ordinat/ ⁊ decernit hec ſancta ſynodus ꝓ hac vice ⁊ ad omnē ſcrupulū ſubmouendū omnes et ſingulos in eadem ſynodo p̄ñtes ⁊ venturos/ ⁊ qui ei adherebūt quantū ad hm̄ōi electionis opus et totalē effectū ab omnibꝫ ſententijs excōicatiōis ſi quas forſan incurrerint. Et quibuſcūq̄ȝ cenſuris a iure vel ab hoīe generaliter vel ſpecialiter/ etiā a cōcilijs generalibꝫ vel ſentētijs pontificalibꝫ ꝓmulgatis abſoluit ipſoſq̄ȝ ad oēs actus in eadē ſynodo agēdos actiue vel paſſiue quatenus opus eſt habilitat ⁊ habiles eſſe declarat/ volens etiā vt ſpecialiter in omnibꝫ ad eligēdū deputatis aut deputādis vt p̄mittit̄ locum habeat cōſtitutio Clemētis. v. que ordinat vt nullus ex cardinalibꝫ cuiuſlibet excōicationis ſuſpēſionis ⁊ interdicti p̄textu a dicta electōe repelli valeat. Ceteris eiuſdē cōcilij decretis in his que ſuperius expreſſa nō ſunt ſemꝑ ſaluis ſupplens ex certa ſcientia ⁊ plenitudine p̄tātis omnes ⁊ ſingulos defectus ſi q̄ forſitan interuenerint in p̄miſſis ac etiā ſuſpēdēs oīa iura poſitiua in cōcilijs generalibꝫ/ ⁊ a ſūmis pōtificibꝫ edita ⁊ ſtatuta ⁊ ordinatōes cōſuetudines ⁊ p̄uilegia q̄buſcūq̄ȝ cōceſſa/ et penas ꝯtra quoſcūq̄ȝ ordinatas. Et eis derogans in q̄ꝫtū effectū p̄ñtis decreti impedire poſſent quoquō in cōtrariuȝ facientibꝫ nō obſtantibꝫ quibuſcūq̄ȝ. Preterea cum neceſſitas rerū ⁊ circūſtātie tempꝛis id ex/

poſcant/ vt hec ſacra ſynodus et ipſe ſūmus pontifex per dei gratiā in primo aſſumēdus quā maxime vnū ſint eadem charitate/ ꝛ vnanimi cōſenſu q̄ꝫ pluribꝫ ad hec vigentibꝫ rationibꝫ ordinat ꝛ decernit/ vt electus in ſūmū pōtificē priuſq̄ꝫ aliquid graue in his que ꝑtinēt ad adminiſtrationē papatus exerceat inſignia coronatōis ſue aſſumere debeat in loco huius ſacri cōcilij ad quē ſi abſens fuerit infra terminū ſibi aſſignandū per deputatos ad eligendū vel maiorem partem eorūdem venire teneatur.

¶ Forma cōſenſus profeſſionis ꝛ iuramenti preſtandi per ipſum electum in pontificem.

In nomine ſancte ꝛ indiuidue trinitatis patris ꝛ filij ꝛ ſpūſſancti Ego. N. electus in papā omnipotēti deo/ cuius eccleſiā ſuo p̄ſidio regendā ſuſcipio. Et beato Petro apoſtoloꝝ principi corde ꝛ ore ꝓfiteor q̄ꝫdiu in hac fragili vita cōſtitutus fuero/ me firmiter credere ꝛ tenere fidem catholicā ſm traditionē apoſtoloꝝ generaliū cōcilioꝝ ꝛ alioꝝ ſanctoꝝ patrū/ maxime autē ſacroꝝ octo concilioꝝ vniuerſaliū videlicet primi Niceni/ ſecūdi Conſtantinopolitani/ tertij Epheſini/ quarti Calcedoneñ. quinti et ſexti/ item Conſtantinopolitani ſeptimi/ item Niceni octaui quoqꝫ Conſtantinopolitani/ Necnō Lateraneñ. Lugduneñ. Vieneñ. Conſtantieñ. ꝛ Baſilieñ. generaliū etiā cōcilioꝝ et illā fidem vſqꝫ ad animā ꝛ ſanguinē cōfirmare/ defenſare ꝛ predicare/ ritūqꝫ pariter ſacramentoꝝ eccleſiaſticoꝝ eccleſie traditū omnimode ꝓſequi ꝛ obſeruare polliceor/ etiā fideliter laborare ꝓ tuitiōe fidei catholice et extirpatōe hereſum ꝛ erroꝝ reformatiōe moꝝ/ executiōe ꝛ obſeruatōe decretoꝝ Conſtantieñ. ꝛ Baſilieñ. cōcilioꝝ ac pace in populo chriſtiano/ iuro etiā ꝓſequi celebrationē cōcilioꝝ generaliū ac cōfirmatiōeꝫ electionū iuxta decreta ſacri Baſilieñ. cōcilij. Hanc autē ꝓfeſſionem mea manu ſubſcripſi/ ꝛ tibi omnipotēti deo cum in die tremēdi iudicij redditurus ſum/ de hoc ꝛ alijs meis operibꝫ rationē pura mente ſuꝑ altare offero/ quam in primo publico cōſiſtorio ſolēniter repetam. Datum vt ſupra patebit.

¶ Decretū inhibitōis ne bona electi et eligentiū rapiant̄.

Sacroſancta ꝛc. ad ꝑpetuā rei memoriā. Cum ea que laudabiliter ꝓ reprimēdo conatus malignantiū ordinata ſunt nullatenus negligi deceat/ ſed potius diligenti ſeruari ſtudio ſacrū canonē dudū in cōcilio Conſtantieñ. editū aduerſus illos qui bona electoꝝ ſeu etiam eoꝝ famabant̄/ de nouo electi in ſūmos pontifices rapere vellent/ Innouat hec ſancta ſynodus ſub hmōi tenore. Omnis etas ab adoleſcētia ſua ꝓna eſt ad malum. Ad id p̄ſertim ad quod cupiditatis ꝛ auaricie ſtimulis incitatur/ Fiunt autē ꝛ facte ſunt leges/ ꝛ earū metu humana refrenet̄ audacia/ tutaqꝫ ſit inter improbos innocētia ꝛ refrenet̄ nocendi facultas. Cum itaqꝫ nōnunq̄ꝫ eueniſſe cōperimus/ quod electo Romano pōtifice nō

nulli ſub ꝑtextu ꝑtenſe cuiuſdã abuſiue licentie res ⁊ bona ſit electi quaſi culmine diuitiarũ adepto falſo p̄tẽdentes occupanti cõcedi. Nedũ illius ſic electi imo aliquã nõnulloꝝ quos electos eſſe mẽdaciter cõfingunt domos res ⁊ bona Cardinaliũ aut electoꝝ Romani pontificis ⁊ alioꝝ in loco cõclauis exiſtentiũ etiã violẽter inuadũt/ recipiũt occupant ⁊ trãſportant lucrifacta exiſtimantes/ ex quib⁹ ſi ꝑmitterent plura pericula/ ſcandala/ rapine/ furta/ ⁊ nõnunq̃ homicidia ſequerent. Nos igit tam ſcelerate temeritatis ⁊ audaciã viam ꝑcludere/ et hmõi periculis ⁊ ſcandalis obuiare volẽtes/ prefatũ dãnantes ſceleratũ abuſum talia fieri hoc edicto ꝓhibemus. Statuentes q̄ quicũq; cuiuſcunq; ſtatus aut cõditionis exiſtãt cõtra hoc preſũpſerint attemptari aut ad hoc auxiliũ cõſiliũ vel fauorẽ prebere penas quas in violentos raptores ⁊ occupatores hmõi iura atq; aplice ⁊ imperiales cõſtitutiones ſtatuũt/ ⁊ eo ipo excõmunicatõis ſententiã incurrant/ a qua niſi ꝑ hanc ſanctã ſynodũ aut futurũ Romanũ pontificẽ preterq̃ in mortis articulo ⁊ facta ſatiſfactiõe abſolui nequeant/ ⁊ omni officio beneficio priuilegijs ac dignitate eccleſiaſtica ⁊ mũdana feudiſq; ⁊ rebus alijs ſi que aut quas in Romana vel alijs eccleſijs obtinebit ſit priuatus ⁊ inteſtabilis actiue ⁊ paſſiue exiſtat. Ciuitas vero que in p̄miſſis culpabilis fuerit eccleſiaſtico ſubiaceat interdicto huic adijcientes ſanctioni vt dñi temporales rectoreſq; ⁊ officiales ciuitatis vel loci vbi electionẽ romani pontificis cõtigerit celebrari illa iminente p̄miſſa fieri ſub grauibus penis publice ⁊ realiter ꝓhibeant ⁊ ꝓhibitionẽ diligenter faciãt obſeruari. Ceteris cõſtitutionib⁹ circa talia editis in ſuo robore duraturis. Et q2 nunc iminet electio Romani pontificis per hanc ſanctam ſynodũ ſeu eius auctoritate celebranda vbi obſeruatõe ⁊ executõe prefate cõſtitutiõis opus eſt nos oĩa ⁊ ſingula predicta agendi ⁊ exequẽdi illis ꝑſonis tam eccleſiaſtic q̃ ſecularib⁹/ que poſtmodũ in noſtra cancellaria nominabunt plenã ⁊ liberã cõmittimus/ ⁊ cõcedim⁹ facultatem ⁊ poteſtatẽ decernentes litteras ſuper hoc fieri cum cenſuris et alijs remedijs iuris etiam cum inuocatõe brachij ſecular ⁊ clauſulis opportunis. Datum vt ſupra.

¶ Ne tempore electionis fiat audientia.

SAcroſancta ⁊c. ad futurã rei memoriã. Ne variarũ rerũ occupatio actum ſalubrem electõis futuri pontificis impediat aut ꝑturbet. Decernit hec ſancta ſynodus vt ad tam neceſſariũ ⁊ tam ſalubre electiõis negotiũ attentius ꝓcedatur audientiã ⁊ omne cauſarũ ⁊ litium exercitiũ in hac ſacro cõcilio per audientiã camere a die quo deputati ad eligendũ ſummum pontificẽ intrabũt cõclaue. Et deinceps ad publicationẽ electionis ipſius ſũmi pontificis incluſiue ſuſpendẽda eſſe eademq; hoc preſenti decreto ſuſpendit et ꝓhibet irritũ decernens et inane quicquid in cõtrariũ fuerit attemptatũ. Datum vt ſupra.

## ¶Seſſio triceſimaoctaua

**S**Acroſctā generalis Synodus Baſilienſis in ſpirituſancto legittime cōgregata/
vniuerſalem eccleſiā repreſentans/ Ad perpetuā rei memoriam. In Eſdra ſcriptum eſt veritas magna ꝛ fortior pre omnibꝰ/ Omnis terra veritatē inuocat/ Celū etiam ipſam benedicit/ veritas manet ꝛ inualeſcit in eternū ꝛ viuit ꝛ obtinet in ſecula ſeculoꝝ. Non eſt apud eam accipere ꝑſonas neqꝫ differentias/ ſed que iuſta ſunt facit omnibꝰ in iuſtis cuiuſquidē veritatis fortitudinē dum pugnare conat̄ Gabriel quondā dictus Eugenius papa quartus iuſto iudicio a papatu depoſitus ſeipm̄ magis deijcit et proſternit qui nuper apud florentiam ꝓut per ſūmariā informationē accepimus libellū quēdam qui incipit. Moyſes ſeruus dei ꝓmulgauit/ in quo pretenſam trāſlationē prefatam huius ſacri concilij in Ferrarieñ. quā erroneā in fide pluribus decretis ꝛ epiſtolis noſtris luciđiſſime declarauimus. Necnon erectionē ſciſmaticā cōuenticuli Ferrarienſis ſub noīe generalis concilij/ hoc ſacro durante concilio in vim prefate tranſlationis attemptataꝫ maiori ſemper cum ꝓtinatia defendere ꝛ approbare conat̄. Adijciens ꝙ a recta linea per anfractus erroris exhorbitauimus. Quodqꝫ concilium Conſtantienſe in malignū ſenſum et a ſana doctrina penitus alienum pertaximꝰ in hoc ꝙ declarauimus per ſeſſionē noſtrā. xvi. Kaleñ. Junij ꝓxime preteriti celebratā tres veritates/ quarū tenor ſequit̄.

¶Ueritas de poteſtate concilij generalis vniuerſalem eccleſiā repreſentantis ſuper papam ꝛ quēlibet alterū declarata per Conſtantieñ. ꝛ hoc Baſilieñ. generalia cōcilia eſt veritas fidei catholice.

¶Ueritas hec ꝙ papa cōcilium generale vniuerſalem eccleſiam repreſentans actu legittime congregatū ſuper declaratis in prefata veritate/ aut aliquo coꝝ ſine eius cōſenſu nullatenus auctoritatiue poteſt diſſoluere/ aut ad aliud tēpus ꝓrogare/ aut de loco aut locum transferre eſt veritas fidei catholice.

¶Ueritatibus duabus predictis pertinaciter repugnans eſt cenſendus hereticus. Conat̄ quoqꝫ ipſe Gabriel poſt predicta per eum aſſerta ſub obſcuritatibus verboꝝ mundum inuoluere dicens ſe damnare ꝛ reprobare veritates predictas ad ſenſum Baſilienſem quem in quit facto demonſtrauit. Neqꝫ illum ſenſum explicans / nec in quo ſenſu eas approbare velit manifeſtās que fortaſſis ideo ſubticet/ quoniaꝫ manifeſte videt verba dictarū veritatū ita clara eſſe ꝛ aperta ſicut ſunt ꝙ de nulla obſcuritate notari merito poſſunt. Nec ad multiplices ꝓtrahunt ſenſus/ ꝛ per cōſequens ꝙ ille primus ſenſus iuxta quem ſe dicit reprobare dictas veritates nullatenus allegare poteſt. Hoc autē

notũ facimus vniuerſis catholicis ꝙ nullũ ſenſum in hijs habet hec ſã
cta Synodus/nec habere vult niſi quẽ ſacra Synodus cõſtãtieñ. ha/
buit in declarationib⸫ ſuis ſenſum verum et catholicũ quẽqꝫ ſemꝑ ha/
buim⁹ in declaratõib⸫ ꝑ nos factis/In ſcd̃a vndecima duodecima vice
ſimanona ⁊ alijs Seſſionib⸫ nr̃is ac epl̃is ſynodalib⸫ pariter cũ cardi
nalibus ſancte romane eccleſie patriarchis archiepis epiſcopis orato
ribus principũ abbatibus doctorib⸫ qui in noſtro cetu affuerũt fideli/
ter et vnanimiter credentibus ꝙ cõciliũ habet poteſtatẽ immediate a
chriſto cui papa obedire tenet̃ ꝑut veritas p̃fata in concilio cõſtãtieñ.
declarata diffiniuit qđqꝫ hec veritas ẽ iuris diuini ꝙ papa ipſe cõciliũ
generale vniuerſalem eccleſiaꝫ rep̃ſentans legittime congregatum eo
modo quo frequenter declaratũ eſt ſine eius conſenſu diſſoluere/Aut
de loco ad locum transferre nõ poteſt/neqꝫ aduerſus has veritates p̃/
ualere potuit Gabriel ipſe qui p̃tenſam diſſolutionem huius ſacri con
cilij ſine eius conſenſu prima vice ꝑ eunde gabrielem attemptatã hoc
ſacro cõcilio eidem ex parte dei omnipotentis p̃cipiente atqꝫ mandan/
te iudicialiter reuocare cõpulſus eſt/ac in ſua adheſione eam declara/
uit nullã irritam et inanem. Ipſaqꝫ nonobſtante concilium legittime
continuatum fuiſſe et proſecutionẽ habuiſſe et habere debere reuocan
do etiam expreſſe litteras incipientes/deus nouit. que ſuo nomine fa/
cte dicebant̃/ et aduerſus huius ſacri concilij et aliorum cõciliorũ au/
ctoritatem varios errores continebant. Item duas litteras ſuas inci
pientes inſcrutabilis et in archano Alias etiã quaſcunqꝫ ac quicquid
per ipſum aut ſuo nomine in preiudiciũ aut derogationem huius ſa/
cri concilij Baſilieñ. ſeu contra eius auctoritatẽ factam et attẽptatum
ſeu aſſertũ erat eccleſia catholica tunc in pace cõquieuit tenens firmi/
ter eſſe verum et catholicum/ꝙ papa abſqꝫ conſenſu cõcilij ipſum diſ/
ſoluere aut tranſferre non poteſt/Cognoueruntqꝫ cuncti fideles ꝙ ac/
quieſcere oportet iudicio generalis concilij ſummũ pontificem cum
poſt tam diuturnam reſiſtentiã duorum annorum quibus ipſam diſ/
ſolutionem idem Gabriel iuſtificare conabat̃ acquieuit iudicio gene/
ralis concilij preſentans iudicialiter corã eodem formã ſue confeſſio/
nis quẽadmodum ſacrum concilium ordinauit reuocando expreſſo
vt dictum eſt/ quecunqꝫ aſſerta per eum aut nomine ſuo in contrariũ.
Poſſuntqꝫ om̃s catholici nunc videre quãta plaga inferret̃ eccl'ie dei
ſi reuocaretur in dubium illa declaratio ſancta in concilio Conſtãtieñ
vigore cui⁹ depoſitio Johãnis. xxiij. et priuatio bñdicti a iure papat⁹
ſi qđ habebãt ſic in ſuis obediẽtijs nũcupatorũ/ac etiã electio Marti
ni cui ſucceſſit olim Eugeni⁹ facte ſunt Et a quib⁹ cõſequẽter oẽs crea/
tiones cardinaliũ/ꝓmotiones p̃latorũ et aliorũ ordinũ et graduum ec
cleſiaſticorum facte ſunt quantũcũqꝫ declarationis eiuſdem auctori/
tatis date a chriſto concilijs generalibus vigor deperiret ſi ſummi põ/

tifices poſſent cōcilia dum cōgregata eſſent transferre de regione in re
gionem ſine cōſenſu ipſoꝝ ⁊ eiſdē cōcilijs precipe vt diſſoluerent̄/aut
diſcederēt etiam ſi nollent quotiens liberet ipſis pontificib⁹. Ueruꝫ in
hac reprobatione dictarū veritatū/quā idem Gabriel facit in prefato
libello intelligere poſſunt oēs fideles/quō iam id verificat̄ quod a ſe/
ptem annis in ſua duodecima ſeſſiōe ipſius de ipſo Gabriele p̄dixit hec
ſancta ſynodus cum ait/ Et quantū ex eius verbis factiſqꝫ colligi po/
teſt/ nil aliud p̄tendere videt̄ niſi vt eccleſiaꝫ peſſundet iuſqꝫ ſibi et ſuc/
ceſſorib⁹ faciat nō ſolum obrogandi ritum ſacroꝝ cōcilioꝝ ⁊ ea ꝑ libi/
to diſſoluendi. Sed ⁊ ipſoꝝ decreta ſpū dei ꝓmulgata a quib⁹ ſtatus
pendet vniuerſalis eccleſie irritādi ⁊ abolēdi/ ⁊ preſertim declarationē
illā ꝙ in his que ad fidem extirpationē ſciſmatis ⁊ generalē reforma/
tionem in capite ⁊ in mēbris ptinent quilibet eccl'ia papalis dignitat̄
decretis generalis cōcilij ſubijcit̄/ Hec in prefata .xij. ſeſſione habētur
que nunc idem Gabriel aperte manifeſtat. Unde oēs intelligere poſ/
ſunt q̄ꝫ iuſte hec ſancta ſynodus huc uſqꝫ eidem reſtitit/cōſpiciūt ani/
mum obduratū quo auctoritati generaliū cōcilioꝝ factis ⁊ verbis re/
ſiſtebat cōtemnendo etiā ⁊ violando volūtarie ſacros canones ꝓ ſalu
te animaꝝ editos. De quib⁹ ait Damaſus papa/ Uiolatores canonū
volūtarie dictati a ſanct̄ patrib⁹ grauiter iudicant̄/ ⁊ ſpūſancti inſtin/
ctu/cuius ac dono dictati ſunt dānant̄/qm̄ blaſphemare in ſpm̄ſctm̄
nō incōgrue vident̄ qui cōtra eoſdē canones nō neceſſitate cōpulſi/ſed
libenter vt p̄miſſum eſt aliquid aut ꝓterue agunt aut loqui preſumūt/
aut facere volentib⁹ ſponte cōſentiūt. Talis enim p̄ſumptio manifeſte
vnū genus eſt blaſphemātiū in ſpm̄ſanctū. Reprobat inſuꝑ prefatus
Gabriel ⁊ dānat ſuā depoſitionē ad quā hec ſancta ſynodus iuxta de/
poſitionē prefate veritatis in cōcilio Conſtātieñ. declarate poſt longā
expectationē ⁊ maturā examinationē iudicialiter ꝓceſſit ꝓpter hereſim
ſciſma/ ſimoniacā notoriā prauitatē piuriū ⁊ cōtemptū ac violationē
aſſiduā Synodaliū decretoꝝ cōcernentiū reformationē eccleſie gene/
ralem in capite ⁊ in mēbris quib⁹ incorrigibiliter ſcandalizabat eccle/
ſiam dei a quibuſquidē nequaq̄ꝫ ſe in prefato libello expurgat/ſed con
uicia ⁊ maledicta in hoc ſacrum cōciliū ⁊ ſuppoſita eius referre conat̄ ⁊
ſententiā in iudicē ferre a quo legitime condemnatus extitit/ ⁊ poſtq̄ꝫ
per eccleſiā hereticus iudicatus eſt veros catholicos doctrinā ipſius ec/
cleſie inuariabiliter tenētes hereticos appellare preſumit ſicut mos eſt
condemnatoꝝ de hereſi in ſuis iudicib⁹ maledicere et hereſim obijcere
ſoleant cum veritate fuerint manifeſtiſſima ſuperati ad que omnia ple
niorem reſponſionē fecimus in reſponſione ſynodali. Datū in noſtra
generali cōgregatōe Nonas huius menſis octobris. Renouat etiam
penas quas aduerſus ſuppoſita huius ſancte ſynodi eo ꝙ ſue p̄tēſe ⁊
erronei tranſlatione nō parebant iam dudū anno p̄terito in cōuenticu
lo Ferrarieñ. ꝓmulgauit. Cum itaqꝫ ex dicto libello omnib⁹ conſtare

poſſet quō p̄fatus Gabriel in crimine hereſis ac ſciſmate/ de quibꝫ cō/ demnatus eſt ſe ꝑtinacius obduratum reddebat/ ⁊ magis ac magis ſe hereticū cōprobet vniuerſis et ſingulis xp̄ifidelibꝫ hec ſctā ſynodus precipit atqꝫ mandat/ vt iuxta verbū moyſi ſerui dei dicētis/ Recedite a tabernaculis hominū impiorꝝ a tabernaculo ⁊ cōſortio acomni ad/ herentia ip̄ius Gabrielis tanq̄ꝫ a choro Dathan ⁊ Abiron auctoribus ſciſmatis recedāt cum effectu/ illūqꝫ oīno deuitēt iuxta p̄ceptū apl'i. iij. ep'la ad Titū qua dicit hereticū hoiem poſt primā et ſcōm correctionē deuita ſciens qꝛ ſubuerſus eſt qui eiuſmodi eſt ⁊ deliquit ꝓprio iudicio condemnatus. Nam etiā iuxta doctrinā Johānis in ſcōa canonica ſua/ Non habenti doctrinā eccl'ie nec eſt dicendū aue. Omneſqꝫ huic diui/ ne ſnie nō acqeſcentes merito ꝑtimeſcere habēt/ qm̄ in diſcreto exami/ ne diuini iudicij reddituri ſunt rationē ſi participationē adherentiā et fauorē dicto Gabrieli ꝑ generale cōciliū condēnato tanq̄ꝫ heretico pre/ ſtent. Et qm̄ vt ait btūs Greg. Jlla capitula recipi nō debēt quorꝝ dā/ nant auctores. Ne ex doctrina p̄fati libelli quē in cōfirmatione ſue he/ reſis ⁊ ſciſmatis dictus Gabriel poſt ſuā cōdēnationē effeciſſe dicitur quēpiā fideliū in hac re ſeduci cōtingat hec ſctā ſynodus diſtrictius in hibet p̄cipit atqꝫ mādat/ Omnibꝫ ⁊ ſingulis xp̄ifidelibꝫ cuiuſcūqꝫ digni tatis/ etiā ſi cardinalat⁹ patriarchalis pōtificalis aut alteri⁹ cuiuſcūqꝫ eccleſiaſtice vel ſecularꝫ. Etiā ſi vniuerſitates cōmunitates vel collegia fuerint ne p̄fatū libellū publicare p̄dicare approbare ſeu defendere p̄ſu/ mant/ ſeu eidē quouiſmodo aſſentire credere aut fauere/ vel eo vti ſeu vtentibꝫ eo cōſiliū/ auxiliū vel fauorē p̄ſtare. Neqꝫ etiā p̄tēſis cenſuris ſeu ſentētijs inouatiōis declaratiōis dānatiōis reprobationis nūcia/ tionis cōfirmatiōis/ ⁊ depoſitiōis in eodem libello quōlibet cōtentis quas nullas nullius roboris vel momēti eſſe decernim⁹/ ⁊ declaram⁹ obedire attēdere ſeu ea obſeruare/ aut vigore eorūdem/ vel aliorꝝ quo rūcunqꝫ mandatorꝝ vel cōfeſſionū aut indultorꝝ quaſcūqꝫ dignitates. Etiā ſi cardinalatus patriarchalis archiep̄alis ep̄alis fuerint vel be/ neficia/ aut alia q̄cūqꝫ bona ſuppoſitorꝝ huius ſancte ſynodi ⁊ eidē ad/ herentiū quouiſmodo impetrare occupare aut detinere. Etiā ſi motu ꝓprio eis cōceſſa dicant/ vel ipſos ſic impetrātes occupātes vel detinē/ tes ad poſſeſſionē eorūdē recipe vel admittere/ ſeu eos in eiſdē ſuſtine/ re quouiſmodo p̄ſumāt ſub penis fautorie ſciſmatis ⁊ hereſis/ necnon alijs penis excōmunicatiōis priuatiōis ab omnibꝫ dignitatibꝫ/ etiā ſi vt premittit cardinalatus patriarchales archiep̄ales aut pontificales fuerint beneficijs ⁊ officijs ⁊ inhabilitatiōibꝫ ad eaſdē ⁊ interdicti du/ dum in octaua tertiadecima ⁊ viceſimanona/ ac alijs ſeſſionibꝫ huius ſancte ſynodi in talia facientes ꝓmulgatis/ quas hec ſancta ſynodus innouat/ ⁊ quas omnes hij ſinguli predicti ipſo facto incurrūt/ nec ab alio q̄ꝫ ab hac ſācta ſynodo preterq̄ꝫ in mortis articulo valeant de pre/ dictis abſolui. Et ſi qui huic ſacro cōcilio incorporati aut ei adherētes

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

vigore mandatoꝝ prefati Gabrielis olim Eugenij poſt eius ſuſpen/
ſionem ab adminiſtratõe papali emanatoꝝ ſuis dignitatib⁊ aut bene
ficijs quibuſcũqꝫ ſpoliati eſſent/aut ſpoliarent in futurũ poſſint nihilo
minus ſine alia cauſe cognitõe aut requiſitionis alterius auctoritatis
poſſeſſiones hmõi dignitatũ ⁊ beneficioꝝ ꝑ ſe vel ꝑ alios reintrare ⁊ re
cuperare alijs penis cõtentis in decretis noſtr' ſemꝑ in ſuo robore du/
raturis. Datũ in ſeſſione noſtra publica in maiori eccleſia Baſilieñ. ſo
lẽniter celebrata. iij. Kaleñ. Nouẽb. Anno a natiuitate dñi Milleſimo
quadringenteſimotriceſimonono. Apl'ica ſede vacante.

## Aliud decretum.

SAcroſancta generalis ſynodus ⁊c. Magna nobis eſt ſol
licitudo vt electiões paſtoꝝ quib⁹ incũbit regere gregẽ do
minicũ rite celebrent/ ⁊ quantũ poſſibile eſt cũcta remoue/
antur que ipſarũ puritati obuiare poſſunt/ Quia vero ſe/
pijs cõtingit hactenus monaſterioꝝ ⁊ eccleſiarũ p̄latis de/
cedentib⁹ ⁊ eoꝝ corporib⁊ tumulatis ꝓpter expectationẽ abſentiũ vocã
doꝝ ex locis longinqs eccl'ias ipas ⁊ monaſteria vacãtia interim diſpẽ
dia plurima ſuſcepiſſe. Et ꝓpter diuturni interim expectati tp̄is ſpacia
varia regimina ⁊ p̄cũ ſubornatiões factas fuiſſe/ vnde eccleſijs ſepius
magne iacture ꝑueniſſe noſcunt. Statuit et ordinat hec ſctã ſynodus
ꝙ de cetero ad electiões de ꝑſonis eccl'iarum ⁊ monaſterioꝝ regimina
faciẽdas vbi abſentes hactenus vocari cõſueuerũt nõ teneant illi de ca
pitulo vel cõuẽtu in quo electio faciẽda fuerit aliquos vocare abſentes
in locis vltra duas dietas ab ipſa eccl'ia vel monaſterio diſtãtib⁊ exiſtẽ/
tes/ canonib⁊ aliter diſponẽtib⁊ nõ obſtãtib⁊ quibuſcũqꝫ. Et idem i ele/
ctionib⁊ ad quaſcũqꝫ dignitates faciẽdas intelligat/ ꝑ hoc tñ priuile/
gijs ſtatutis ⁊ cõſuetudinib⁊ illarũ eccleſiarũ ⁊ monaſterioꝝ/ in quib⁊
ad ipas electiões facites prelati religioſi aut alij de alijs eccleſijs aut
monaſterijs vocãdi ſunt nõ intẽdim⁹ in aliquo derogare. Predicta qꝫ
in caſu electionũ dũtaxat volum⁹ intelligi alijs caſib⁊ in quib⁊ abſentes
vocãdi ſũt in diſpoſitõe iuris cõmunis remanẽtib⁊. Inſuꝑ qm̃ i modo
⁊ in forma eligẽdi eccleſijs ⁊ monaſterijs p̄latos maxime cũ in eoꝝ ele
ctionib⁊ ꝑ viam ſcrutinij ꝓcedit multa reqrunt a iure obſeruãda quoꝝ
emiſſio hmõi electos nullas reddit vel ſaltẽ anullãdas. Unde diſpen/
dia ⁊ qꝫplurima diſcrimina eiſdẽ eccleſijs ⁊ monaſterijs hacten⁹ ſepe/
numero euenerũt/ ⁊ cõtinuo in poſterũ euenire poſſent/ ad obuiãdum
eiſdẽ diſcriminib⁊ ⁊ diſpẽdijs. Statuit hec ſctã ſynodus ꝙ ſuꝑiores ad
qs earũdẽ electionũ ſpectat cõfirmatio electões quaſlibet hmõi dũmõ
illas alias a maiori parte capl'oꝝ ſeu cõuentuũ eccl'iaꝝ ⁊ monaſterioꝝ
hmõi prius tñ vocatis vocãdis ⁊ cõione ſuſcepta ⁊ iuramẽtis p̄ſtitꝫ pri
mitus iuxta formã decreti nr̃i deſuꝑ editi de perſonis idoneis celebra
tas cognouerint ſuꝑ reliqs formã cõcernẽtib⁊ iuxta traditionẽ canonũ

abſqꝫ tamen malicia ⁊ fraude obmiſſis/ad cõfirmatõesq̃ hmõi electio
num ꝓcedere/⁊ taliter electis cum ipſarũ qualitas ⁊ eccleſiaꝝ vtilitas
ꝑſuaſerit vt idem in eccleſijs ⁊ monaſterijs eidem p̃eſſe ipſaſqꝫ in ſpũa
libus ⁊ temporalibꝫ regere ⁊ gubernare ac diſpenſare poſſint et valeãt
In poſtulationibꝫ tamen quorũcũqꝫ nullatenus iuramẽta ⁊ cõmunio
ſicut nec in electionibꝫ obmittaꝫ. Conſtitutiõibꝫ eiſdẽ in cõtrariũ faciẽ-
tibus nõ obſtantibꝫ quibuſcũqꝫ. Datũ Baſilee vt infra patebit.

¶ Aliud decretum.

SAcroſancta generalis ſynodus Baſilieñ. in ſpiritu ſancto
legittime congregata vniuerſalem eccleſiã repñſentans/ ad
futurã rei memoriã. Nuꝑ in decreto noſtre triceſime ſecũde
ſeſſiõis ſuꝑ electiõe romani põtificis ꝓmulgato inter cetera
ſtatuimꝰ ꝙ vna cũ dilecto eccl'ie filio Ludouico tũc ſãcte Ce
cilie cardinaliũ Arelateñ. vulgariꝫ nũcupato/ et alijs cardialibꝫ ſacro
ſancte Romane eccleſie/ ſi qui ante cõſummatã electionẽ aduenirẽt/ ⁊ ipi
electioni intereſſe vellent. Alij trigintaduo tam de p̃latis q̃ꝫ de ceteris
honorabilibꝫ eccleſiaſticis viris aſſumerenꝫ qui ꝓ hac vice auctoritate
huius ſancte ſynodi ipm Romanũ pontificẽ eligere haberent/ ita vt il
le ab vniuerſali eccl'ia ſũmus pontifex habeaꝫ qui a duabꝫ partibꝫ om-
nium predictoꝝ fuerit electus/ ꝓut hec om̃ia in p̃dictꝭ decreto latius
cõtinenꝫ/ inter quos trigintaduos noiauimus ⁊ eligimus dilectos ec-
cleſie filios Thomã abbatẽ de dondrainã ordinis Ciſtercieñ. dioceꝫ.
candide caſe. Johãnem de Segobia archidiaconũ d̃ villaviſſoſa in ec
cleſia Oneteñ. Thomam de Corcellis canonicũ Cimbianeñ. in ſacra
theologia magiſtros cõmittentes eidẽ plenariã facultatẽ eligẽdi ſi vel
lent ac aſſumẽdi ſecũ vnũ/ duos vel tres alios ꝓut eis videreꝫ qui aſ-
ſumpti ⁊ electi ſil'em ⁊ eandẽ ſecũ poteſtatẽ haberẽt ⁊ facultatẽ manda
to vice ⁊ auctoritate huius ſacri Baſilieñ cõcilij noiandi et eligendi re
ſtantes electores ipſius futuri Romani pontificis ⁊ etiã alios officia-
rios ꝓ cõclaui neceſſarios/ ita ꝙ nullus ꝑ eos eligẽdus ⁊ nomiandus
cenſereꝫ eſſe electus ⁊ noiatus niſi a maiori parte predictoꝝ eligentiũ
noiatus eſſet ⁊ electus. Quibꝫ iniũximus vt reciperẽt ⁊ noiarent ipos
reſtantes electores ex toto corpore cõcilij habendo reſpectũ ad natões
⁊ deputatiões in hoc ſacro cõcilio exiſtentes quantũ fieri poſſet. Rece
pimuſqꝫ ab ipſis tribꝫ prenoiatis iuramentũ ꝙ eligerent viros timo-
ratos ⁊ idoneos q̃oqꝫ nõ reuelarent electos ꝑ ipſos vſqꝫ ad publicatio
nem eorũdem in generali cõgregatõe aut ſeſſione. Sed ipſaꝫ electionẽ
ſic per eos factã clauſam ſub eoꝝ ſigillis reponerent in aliquo loco tu-
to ſub fidei cuſtodia vſqꝫ ad illã diem publicatiõis/ volẽtes autẽ tres
predicti deputati noſtri cõmiſſionẽ ſibi ꝑ nos factã exequi coaſſumpto
ſibi dilecto eccleſie filio Criſtãno de Hroetz regine in theologia magi-
ſtro p̃poſito eccleſie ſancti Petri in Brũna Olumoceñ. dioceꝫ. die qn⁊
ta menꝫ Nouẽb. in domo fratrũ minoꝝ Baſilieñ. cõuenientes elegerũt

et nominarūt tam de p̄latis q̄ȝ de ceteris vſqȝ ad complementū nume
ri triginta duorum ipſis in eodem numero ex noſtra ordinatione cō-
prehenſis quos in certa cedula deſcripſerunt/ et eandem clauſam ſub
ſigillis eorum in loco tuto ſub fida cuſtodia repoſuerunt vſqȝ ad diem
publicationis fiende Subſequenter vero die quarta kalendas eiuſdē
mēſis nouēbris in noſtra generali cōgregatione ad hoc ſpecialiter in
dicta p̄fatā cedulam aperientes nominationē et electionē ſic ꝑ eos fa-
ctā publicauerūt in qua ꝑſone infraſcripte noīate ⁊ deputate ſunt ab eiſ
dem ꝓ electorib⁹ futuri romani pontificis Johānes archiep̄s Tharē
taſieñ. Otto dortuſeñ. Georgius viceñ. Franciſcus Gebenneñ. Ludo
uicus viſeñ. Bernhardus aqueñ. Guillin⁹ vorcelleñ. Georgi⁹ augu-
steñ: Johānes iporigeñ. Fridericus Baſilieñ. Ludouicus thanaeñ.
eccl'iarū epi Aberannus ſancti benigni fructuarieñ. ordinis ſancti be
nedicti yporigeñ. dyoceſis Jacobus de ſecuſia ordinis ſancti Benedi
cti thaurineñ. dyoceſis Conradus de lucella Ciſtercieñ. ordinis Baſi-
lieñ. dyoceſis Raymūdus Contheñ. ordinis ſācti Bn̄dicti rutheneñ.
dyoceſis Petrus ſancti cucufacis eiuſdē ordinis Barthioneñ. dyoce
ſis Thomas de drondriana ordinis Ciſtertieñ. cādidicaſſe dyoceſ.
Anthonius arularū ordinis ſancti benedicti Elueñ. dyoceſ. monaſte
riorum abbates Johānes de ſegobia Archidiaconus de villauiſſogia
in eccleſia oneteñ. Criſtānus de Gretzregine p̄poſitus ſancti Petri in
brūna olomuteñ. dyoceſ. Nicolaus thibenth Penitētiari⁹ cōſtantieñ.
rothomageñ. puincie Thomas de corcellis canonic⁹ Ambianeñ. Jo
hānes de valle rector parrochialis eccleſie depleneer Lenoneñ. dyoce
ſis in theologia magiſtri Guilhelm⁹ hugonis archidyacon⁹ meteñ.
legū doctor/ frater iohānes de monte cameto p̄ceptor dom⁹ ſancti an-
thonij de benuerſo Thaurineñ. dyoceſis Verzellan⁹ archidiaconus
Cracouieñ. Bernhardus de boſtho canonicus Jlardeñ. frater Bar-
tholomeus de pronalis p̄ceptor dom⁹ de clauatio ordinis ſācti An-
thonij yporrigeñ. dyoceſ. Johānes wiler decanus Baſilieñ. Raymū-
dus albiol canonicus Thiraſoneñ decretoꝝ. Heinricus de iudeis le-
gū doctores Jacobus de ſaltzburga licentiat⁹ in iure canonico canoni
cus ratiſponeñ. Omnes ſupraſcripti ſunt in ſacerdotio cōſtituti.

¶ Noia vero ꝑſonarū quas in alijs officijs neceſſarijs ꝓ cōclaui depu
tauerūt ſunt hec Ludouicus ep̄us lauſaneñ. ꝓ locūtenente camerarij
durante ipſo cōclaui: Pro cuſtodib⁹ cōclauis percenallus belliceñ. Ni
colaus groſſetanus epi Johānes ſancte Michaelis de cluſa ordinis
ſancti Benedicti thaurineñ. dyoceſis Franciſcus habundātie ordinis
ſancti Auguſtini gebēneñ. dyoceſis monaſteriorū abbates Frāciſcus
de fuſe ordinis minorū magiſter in theologia: Uilhelmus de cōſtātia
legū doctor canonicus Spireñ. Johānes de turicella decanus Sego
briceñ. Theodericus nagel canonicus Rigeñ. Pro clericis cerimonia
rū gratia Eneas de ſenis Tridentiñ Michael de brumē Beluaceñ. ec

cleſiarũ canonici notarij aplici/ꝓ promotoribꝫ hugo barardi Johan/
ne Sletzenrode. Pro ꝓcuratore fiſcali robertus magnani Pro ſolda
no petrus de atrio Deinceps aũt loco bernhardi epi aqueñ qui alle/
gatis ꝑ eũ pluribus cauſis ab ingreſſu cõclauis Et officio electionis
ad qđ deputatus erat ſe excuſauit habitis deliberationibꝫ in ſacris de
putationibꝫ loco eiꝰ in noſtro generali cõgregatione noiauimꝰ ⁊ depu
tauimꝰ Ludouicũ epm Marſillieñ. Nanc itaqꝫ noiationẽ electionez
⁊ deputationẽ tã debẽtiũ eligere ſũmũ pontificẽ q̃ꝫ officiarioꝝ neceſſa/
rioꝝ ꝓ cõclaui pſenti decreto/ eadẽ ſancta Synodus approbat et cõ/
firmat Eãqꝫ validã eſſe atqꝫ in omnibꝫ vim robur et effectũ habere de
cernit et declarat ſupplens ex certa ſcientia ⁊ plenitudine ptãtis Om
nes et ſingulos defectus/ ſi qui forſan interuenerint in p̃miſſis. Datuz
in Seſſione noſtra publica in maiori eccleſia Baſilieñ. ſolẽniter cele/
brata tertio kalẽdas nouẽbris. Anno a natiuite dñi. Mccccxxxix.

¶ Seſſio triceſimanona cõfirmatio electionis pape.

## Sacroſancta generalis ſy-

nodus Baſilieñ. in ſpũſancto legittime cõgregata vni
uerſalẽ eccleſiã repſentãs/ ad futuram rei memoriã.
Deus patrũ noſtrorũ ⁊ dñs miſericordie qui fecit oia
verbo ſuo. Et ſi de omnibꝰ a ſe creatis ꝓuidentia erat
cuncta certo gubernans ordine/ ſpeciali tamẽ cura di
lectã ſuã eccleſiã ſempꝛ dirigit/ ꝓ qua vnigenitũ ſuum
dedit cõſolãs eã iugiter ꝑ ſpm̃ paraclitũ qui ipam in afflictionibꝰ ad/
iuuat/ in pſecutionibꝫ cõfortat/ in tribulationibꝫ letificat. Nec eã qui/
buſlibet tẽptationibꝫ ſeculi huiꝰ vinci aut ſeꝑari ꝑmittit. In cuiꝰ glori
oſe nomine cõgregata hec ſancta Synodus auctoritate duorũ prece/
dentiũ cõciliorꝝ et duorꝝ romanorꝝ pontificũ dũ reſtaurationẽ legis di
uini/ ⁊ ſacrorũ canonũ reformationiqꝫ morũ ſollicito ꝑquiſiuit ſtudio
ſimul etiã extirpationẽ hereſum pacificationẽqꝫ chriſtianorꝝ principũ
multis ꝓſequens laboribus/ varias aduerſitates ꝑtulit/ ⁊ ꝓpter veri
tatẽ et iuſticiã plurimas pſecutiones ꝑpeſſa eſt. Adiuuante tñ virtute
dei ſeduło ꝑſeuerauit in ꝓſecutiõe ſancte reformatiõis eccl'ie ꝓ honore
dei ⁊ ſalute oĩm aĩarũ/ Cũ aũt hoc opus felices ꝓgreſſus habere non
põt ꝓpter aduerſitates ⁊ reſiſtẽtias plurimas/ quas Gabriel olim di
ctus Eugeniꝰ papa quartꝰ in cõtrariũ opponebat decreta ſalubria ⁊ ſa/
cros canones cõtemnẽs et paruipendẽs auctoritatẽqꝫ ſacrorũ cõcilio
rũ verbis et factis cõculcãs determinatiões fidei catholice ꝑ eccleſiaz
factas ꝑtinaciter impugnãdo ⁊ abuſibus varijs atqꝫ criminibꝫ eccle/
ſiaz dei notorie et incorrigibiliter ſcãdalizando ꝓut in ꝓceſſibus ſuper
hoc deductis latiꝰ cõtinetr/ Ubi tãdẽ apud eũ nulla ꝓficiebat ãmoni/
tio Oportuit ad illa iuris remedia recurrere ⁊ a ſũmo põtifice q̄ nimi
um dãnoſe ⁊ inutiliter adminiſtrabat eundẽ deponere poſtq̃ꝫ depoſi/

tionē cū quattuoꝛ mēſes et amplꝰ eſſent effluxi ꝯſiderātes qm̄ graui-
bus ſit omiſſo diſpēdijs quot ꝛ quāta ſit plena periculis eccl'ie roma-
ne plixa vacatio ſicut exacti cōſideratio tp̄is edocet. Ad electionē noui
pōtificis ꝓcedere duximꝰ repetitis pꝛiꝰ in noſtra publica Seſſione tri
ceſimaſeptima illis q̄ dudū de electione ſūmi pōtificis / in hoc cōcilio fi
enda in euentū vacationis ſedis apl'ice ipſo cōcilio durante in quar-
ta et ſeptima Seſſionibꝫ eiuſdē ſancti Synodi Statuta et oꝛdinata
fuerant et facta ſolēni declaratione qꝫ ꝓ hac vice electio romani ponti-
ficis fienda et celebranda erat ꝑ hoc ſacrū Baſilieñ. cōciliū ſeu eiꝰ au-
ctoꝛitate atq₃ etiā oꝛdīatiōis ꝑ decretū facte triceſimeſeptie Seſſiōis
Ex vna cū dilectiſſimo eccl'ie filio Ludouico tituli ſācte Cecilie roma-
ne eccleſie p̄ſbytero cardinali Arelateñ. vulgariter nūcupato p̄n̄te vel
p̄ſidēte i hoc ſacro ꝯcilio Et alijs ipiꝰ ſctē romane eccl'ie cardinalibꝫ ſi
q̄ ante cōſūmatā electionē futuri romani pōtificis aduenirent / ꝛ huic
ſacro ꝯcilio adherētes eidē electiōi intereſſe vellent. Alij tā de p̄latis q₃
de ceteris honoꝛabilibꝫ eccleſiaſticis viris in ſacerdotio aut ſaltē in di
aconatus oꝛdine coſtituti vſq₃ ad numerū trigintaduoꝝ ꝑ eandē ſan-
ctā Synodū ad p̄dictā electionē faciendā in generali ſua cōgregatio-
ne / ac in Seſſione publica noiandi ꝛ deputādi ptātē haberēt ꝓut ſm
deū ꝛ ſuas cōſcientias eiſdē viderēt hac vice libere eligēdi ſūmū pōtifi-
cē auctoꝛitate huiꝰ ſācte Synodi ita vt ille abſq₃ vlla exceptiōe ab vni
uerſali eccl'ia ſūmus pōtifex haberet q̄ ab oībꝫ p̄dictis ſic debētibꝫ pro
hac vice eligere aut ſaltē a duabꝫ ꝑtibꝫ ipſoꝝ eſſet electꝰ et cōſenſū ſuū
iuxta formā in eodē decreto oꝛdinatā p̄ſtaret Scd̄m cuiꝰ decreti depo
ſitionē trigintaduo archiep̄i ep̄ali abbaciali dignitatibꝫ et graduū ac
ſcientiarū titulis inſigniti noiati et deputati in noſtra generali cōgre-
gatione ac demū in Seſſione publica quoꝝ nomina dignitates gra-
dus ꝛ oꝛdines hic habere volumꝰ ꝓ ſufficienter expꝛeſſis. Die tertia
kalēdas huiꝰ mēſis nouēbꝛis celebꝛata miſſa ſolenni ꝑ pꝛefatū cardi
nalē Arelatenſem / ac ꝑ ſingulos ipſoꝝ ſuſcepto diuine eucharistie ſa-
cramēto de manu eiuſdē cardinalis in p̄ſentia totiꝰ cleri et ppl'i. Et iu-
ramētis ſolēnibꝫ p̄ſtitis ipi pariter cū eodē cardinali cōclaue intraue
rūt i ea domo ciuitatis Baſilieñ. In qua deputatio ꝓ cōibus teneri cō
ſueuit Ubi cū magna deuotiōe ſeptē diebus inſiſtētes. Quinq₃ ſcruti-
nia ſucceſſiue demane diuerſis diebus celebrata miſſa / et inuocata ſpi
ritusſancti gratia ꝑegerūt. Et tādē facto quīto ſcrutinio ea hoꝛa qua
ꝓceſſio huiꝰ ſacri cōcilij domū p̄fatā circūibat / cantādo hymnū. Ueni
creatoꝛ ſp̄us ꝛc. Cōptū etiā religioſū et nobilem virū Amedeū ducem
Sabaudie in ſolitudine rippalie Gebenneñ. dyoceſis iā a pluribꝫ an-
nis in virtute cōtinētie honeſte cōuerſantē et virtutē dn̄o in ſpū humi
litatis ac ſimplici et humili habitu deſeruientē in ſūmū pōtificē vniuer
ſalis ꝛ romane eccleſie eſſe electū iuxta p̄fati decreti noſtri triceſimeſe-
ptime Seſſiōis diſpoſitionē. Que q̄dē electio poſtmodū ꝑ ꝑta feneſtra

cōclauis fuit ꝑ dictū cardinalē Arelateñ. publice nūciata decātatoq; Te deū laudamꝰ ꝑ oēs ſupra dictos ad eligēdū deputatos cōcorditer ſuꝑ electione ipſa deū glorificantes et orationib; cōuenientibus ſubiūctis/ ipſi a cōclaui exierunt in pluuialibꝰ ⁊ mitris/ alijſq; habitib; cōdecētib; ꝓ vt ſtatui vniuſcuiuſq; cōpetebat cōcomitātib; p̄latis ⁊ alijs ſuppoſitis huius ſacri cōcilij ac profeſſionibus omniū collegiorum et cōuentuū huius ciuitatis Baſilieñ. cū reliquijs et decētibus ornamētis populiq; multitudine copioſa eccleſiā maiorē Baſilieñ. adierunt/ vbi ipſi prelati et alij de ſacro concilio vnanimiter deo gratias retulerunt. Iteratoq; ſepedictus dominꝰ cardinalis Arelateñ. in ambone ꝯſentibus omnibus electoribus deputatis/ ⁊ in hoc cōſentientibꝰ atq; idipſum approbantib; retulit quomodo ipſa electio rite et canonice fuerat celebrata Notarijs apoſtolicis qui in cōclaui fuerant etiam idem atteſtantib;. Que omnia cōſiderans hec ſancta Synodus ⁊ ſpē magnā gerens in dño ꝙ p̄fatus Amedeus ꝓ ſapientia experientia iuſticia clemētia et ceteris virtutibus ſuis plurimos fructus ſalutis efficiet in populo dei/ fidem cōſeruando/ mores reformando pacēq; cōponēdo inter principes chriſtianos et ppl'os velut ſāctitatis amator et pacis cultor/ qui cū omnibus pacem ⁊ cū nullo differentiā aut diſcordiā habere famaꝛ domui ſue bene et laudabiliter p̄poſitus grandiūq; populorū prudentiſſimꝰ gubernator et in rebus eccleſiaſticis et ſpūalibus nō mediocriter exercitatus habita ſuꝑ hoc in quattuor deputationibus omniū ſuppoſitorū huius ſacri cōcilij cōcordi ⁊ vnanimi deliberatione. Et demū in generali cōgregatione cōcluſione ſubſecuta ipſaꝫ electionem laudat/ recipit et approbat/ ⁊ ex habundanti ⁊ ex certa ſciētia hoc preſenti decreto ratificat et cōfirmat. Declarans eundē Amedeū, abſq; vlla exceptione ab vniuerſali eccleſia teneri/ haberi et reputari debere electū in verū ⁊ legittimū ſummū et Romanū pōtificem. Et hoc ipſum ꝑ p̄ſentis decreti publicationē ad noticiā volumꝰ deduci cūctorum. Datū in Seſſione noſtra publica in maiori eccleſia Baſilieñ. ſolenniter celebrata. xv. kalēdas decēbris. Anno a natiuitate dñi Milleſimoquadringenteſimotriceſimonono.

¶ Seſſio quadrageſima De conſenſu felicis pape.

SAcroſctā generalis Synodus Baſilienſis in ſpirituſancto legittime cōgregata/ vniuerſalem eccleſiā repreſentans/ Ad perpetuā rei memoriam. Cū ſicut ait beatꝰ Hilariꝰ ꝓpriū eccleſie eſſe ſoleat vt tunc vincat cū leditur tūc intelligat cū arguitur tunc ſecura ſit cū ſepata videtur Archa enim per quā eccleſia deſignatur eleuata eſt in ſublime cōfidit hec ſancta Synodus ꝙ ille qui poſt nubilum dat ſerenum inclitam ſponſaꝫ ſuam ſuccedentibus turbationū fluctibus agitatam oculo clemētiori

ex alto reſpicit nō ferens eam in ſui nominis iniuriam diutius concul/
cari Ipſa etenim Synodus poſuit in domino ſpem ſuam ⁊ factus eſt
protector eius/ nec miſcdiaꝫ ſuā abſtulit qui varijs aduerſitatē generi
bus congrua appoſuit remedia p̄mentibus quidem grauibus calami
tatibus et irruentibus perſonis aduerſus eccleſiā ipſam ⁊ auctoritatē
eius excitauit eandē ſanctā Synodū ſpiritus paraclitus vt ad electio/
nem noui paſtoris et romani procederet pontificis qui ſe apponeret
murū pro domo iſrael/ Quequidem electio tam cū ſolēnitate cōgrua
in eadem Synodo rite et canonice celebrata extitit de perſona ſanctiſ/
ſimi felicis quinti tunc Amedei ducis Sabaudie ac decani militū in
ſolitudine rippalie Gebennen̄. dyoceſis in humilitatis ſpiritu dn̄o fa
mulantiū put in decreto triceſimenone Seſſionis dicte Synodi ſup
hoc confecto plenius continet̄ Cuius tenor talis eſt.

¶ Sacroſancta ⁊c. Ad ppetuā rei memoriā. Deus patrū noſtrorum
⁊c. poſt cuiuſquidē decreti publicationē prefata Synodus dilectiſſi/
mū eccleſie filiū Ludouicū tituli ſancte Cecilie p̄ſbyteruꝫ cardinalem
Arelaten̄. vulgariter nūcupatū de latere et alios legatos et oratores
ſuos videlicet/ pleroſqꝫ ep̄os abbates magiſtros et doctores iuris di/
uini et humani nobilem virum Johannē comitem in Tierſtein prote/
ctorem dicte Synodi imperiali auctoritate deputati vicegerentem et
certos milites ad eundem electū tranſmittendos duxit vt ipſi electi/
onem p̄fatā p̄ſentarent et conſenſū eius expoſcerent et requirerēt iuxta
formā in decreto triceſimeſeptime Seſſionis p̄fate Synodi ſtatutā ⁊
ordinatā Quibuſquidē legatis et oratoribꝫ in p̄fati electi ſnīa cōſtitu/
tis ipſumqꝫ p̄ſentato ſibi die videlicet iouis. xvij. menſis decembris.
Anno a natiuitate dn̄i Milleſimoquadringenteſimotriceſimonono
decreto electionis predicte ex parte eiuſdē Synodi ſupplici precū inſtā
tia repetitis vicibus requirentibus quatinus pro cōſolatione eccleſie
dei maximis hijs tēporibus aduerſitatibus et tribulationibꝰ cōſtitu/
te electioni hmōi acquieſcere et cōſenſum preſtare aliaqꝫ ad quē iuxta
decretū. xxxvij. Seſſionis hmōi tenebat̄ facere ⁊ adimplere dignaret̄.
idem electus tunc in magna vt cernebat̄ ſpiritus anxietate conſtitutꝰ
merore cōpreſſus. Cum hinc deſiderium quietis cui ſub ſuaui cōtem/
platione depoſita tēporaliū negociorū cura vacare delegerat in ſolitu/
dine predicta retraheret ⁊ humane cōditiōe infirmitas honoris ⁊ ma/
gnitudine refugeret huic vniuerſalis eccleſie auctoritas ⁊ rei publice
neceſſitas impelleret/ et licet diutiꝰ trepidauerit ignorans quid cōſul
tius ageret in premiſſis poſt multiplices ſeorſum cū grauibus perſo/
nis habitas cōſultatiōes metuēs etiā vt dicebat/ ne ipſius ſic ad vni/
uerſalis eccleſie ⁊ rei publice miniſteriū neceſſitate cogente vocati con
tradictionis reluctatio diuinā contra ſe indignationē puocaret ⁊ gra
uioris forſan diſpēdij in eccl'ia dei occaſionē induceret nō honoris aut
tpaliū rerū cupidine ductꝰ Sꝫ obſequēdi neceſſitate impulſus et affe/

ctu publice ſalutis ꝓcurande in humilitatis ſpū tanti oneris ſarcine
humeros ſuppoſuit et ſe aplice ſollicitudinis iugo ſubmiſit/ Electioni
qȝ de eo facte genib⁹ flexis et oꝛtiſqȝ lachꝛymis/ etiam infra ſtatutum
ad hoc in decreto. xxxvij. Seſſionis hmōi terminū ad laudē dei omni
potentis deuote cōſenſit ꝛ humiliter acquieuit/ ac ꝑ dictū cardinalem
quo vocari vellet noīe interrogat⁹ ꝓut moꝛis eſt in romanū ꝑ tpe pon
tificē electo felix nomē duxit ſibi eligendū clamide ꝛ caputio quib; tūc
vtebat̄ depoſitis etiā genib; flexib; ꝓfeſſiōez iuxta p̄fate triceſimeſepti/
me Seſſionis cōtinentiā atqȝ formā emiſit/ et ꝓpꝛia manu ſubſcripſit
die et anno ſuperi⁹ expꝛeſſis cuiuſquidē ꝓfeſſionis tenoꝛ talis eſt.

¶ In nomine ſancte ꝛ indiuidue trinitatis patris ꝛ filij ꝛ ſpūſſancti
Ego felix elect⁹ in papā omnipotēti deo cui⁹ eccl'iam ſuā p̄ſidio regen
dā ſuſcipio ꝛ beato Petro apl'oꝛū pꝛincipi coꝛde ꝛ oꝛe ꝓfiteoꝛ quādiu
in hac fragili vita cōſtitutus fuero me firmiter credere ꝛ tenere fidē ca
tholicā ſm traditionē apl'oꝛū ꝛ generaliū cōciliOꝝ/ ꝛ alioꝛū ſanctoꝛuȝ
patrū maxime aūt ſanctoꝝ octo conciliOꝝ vniuerſaliū videlicet pꝛimi
niceni ſecūdi cōſtantinopolitani tertij epheſini et quarti calcedoneñ.
quinti ꝛ ſexti. Itē cōſtātinopolitani ſeptimi. Itē niceni octaui q̄ȝ conſtā
tinopolitani/ necnō lateraneñ lugduneñ. vienneñ. cōſtantieñ. et Baſi
lieñ. generaliū etiā cōcilioꝛū/ et illā fidē vſqȝ ad vnū apicē inuiolatā ſer/
uare ꝛ vſqȝ ad aīam ꝛ ſanguinē cōfirmare defenſare et p̄dicare/ ritū/
qȝ pariter ſacramētoꝝ eccleſiaſticoꝛū eccleſie traditū omnimodā ꝓſe/
qui ꝛ obſeruari polliceoꝛ etiā fideliter laboꝛare ꝓ tuitione fidei catho/
lice ꝛ extirpatione hereſum ꝛ erroꝛū refoꝛmatione moꝛū executione et
obſeruatione decretoꝝ cōſtantieñ. ꝛ Baſilieñ. cōcilioꝛū ac pace in po/
pulo xp̄iano/ iuro etiā ꝓſequi celebrationē cōciliOꝝ generaliū ꝛ ꝯfirma
tionē electionū iuxta decreta ſacri Baſilieñ. cōcilij hāc aūt ꝓfeſſionē
mea manu ſubſcripſi ꝛ tibi oīpotēti deo cui in die tremēdi iudicij reddi
turus ſū. de hoc ꝛ alijs meis opib; rōnē pura mēte ſup altare quā in
pꝛimo publico ꝯſiſtoꝛio ſolēniter repetā. ¶ Quibus pactis cardina/
lis alijqȝ legati ꝛ oꝛatoꝛes p̄dicti iuxta cōmiſſionez ꝛ ptātē eis traditā
ipſum electū depoſitis ſibi indumētis cōſuetis ꝑ traditionē veſtis albi
coloꝛis Et anuli de papatu inueſtierunt/ ꝛ alba pluuiali ceteriſqȝ oꝛna
mētis papalib; cōgruētib; induerūt Et in cathedra poſuerūt Ipſe car
dinalis alijqȝ ep̄i p̄lati pꝛincipes comites barones ꝛ nobiles reueren/
tiā ꝛ obediētiā romanis pontificib; exhiberi ſolitas exhibētes in pꝛo
ceſſiōe ſolēni cruce p̄cedēte moꝛe papali vt decuit Ad eccl'iam monaſte/
rij ſācti Mauritij oꝛdinis ſācti Auguſtini in dicta ſolitudine ꝯſtitutā
ꝓcedentes/ ꝛ dū ipe elect⁹ fuit ante altare ꝓſtrat⁹ diu oꝛauit ꝛ hymni
Te deū laudam⁹ decātatiōe finita ꝛ pat̄ noſter ꝛ alijs ſuffragijs ꝛ col
lecta cōſuet' ꝑ dictū cardinalē dict' eūdē electū intronizauerūt. Ipſū ſu
ꝑ altare maius dicte eccl'ie eleuātes/ demū ipe elect⁹ aſtātib; ibidē ſolē
nē bn̄dictionē dedit ꝛ idulgētias ꝯceſſit In his oīb; decētib; ꝛ cōgruis

ſolēnitatib⁹ obſeruatis Queq̄dē p̄miſſa oīa ſex notarijs publicis ꝛ de
cē ad hoc ſpāliter req̄ſitis teſtib⁹ pleriſq̄ꝫ p̄latis principib⁹ comitib⁹ ba
ronib⁹ nobilib⁹ magiſtris doctorib⁹ ꝛ alijs inſignib⁹ ꝛ notabilib⁹ vi/
ris ibidē p̄ntibus ꝛ iſta atteſtātib⁹ geſta fuere, ꝓut in inſtrumētis pu/
blicis q̄rū tenores Ipſa Synodus p̄nti decreto habet ꝛ haberi vult
ſufficienter expreſſis plenius continet.

¶ Declaratio quod domino felici ſit obediendum

PRefata igit̄ ſacroſctā Synodus q̄ electionē felicis tūc Amedei
hmōi ei⁹ ſolēni decreto cūctꝭ xp̄ifidelib⁹ publicari curauit ꝯſenſū
ꝑ eūdē electū. Dicte electioni p̄fatū ac ſūmi opl'at⁹ acceptationē h̄ p̄nti
decreto publicat ꝛ ad noticiā deducit ꝛ deduci vult ſingulorū Ipſaſq̄ꝫ
electionē acceptationē ꝯſenſus p̄ſtationē, pfeſſionē inueſtiturā et intro
niſationē gratas et ratas habēs auctoritate vniuerſalis eccleſie et cer
ta ſcientia approbat roborat et cōfirmat. Decernēs ꝛ declarās eidem
electo tāq̄ꝫ vnico vero ꝛ indubitato eccleſie romane paſtori ab oībus
chriſtifidelibus de neceſſitate ſalutis obediendū fore ꝛ debere obediri
Ac eiſdem chriſtifidelib⁹ quacūq̄ꝫ etiā ſi imꝑali cardinalatus patriar/
chali regali pōtificali abbaciali ſeu alia q̄uis eccleſiaſtica vl' mūdana p̄
fulgeant dignitate / aut principat⁹ ducat⁹ marchionat⁹ comitatus ſeu
cuiuſuis alteri⁹ dn̄i titulo patiant̄ / necnō ciuitatū cōmunitatum opi/
dorum villarū ꝛ locoꝝ ac ſtudiorū quorūcūq̄ꝫ vniuerſitatib⁹ et eccleſi
arū tā metropolitanarū aliorū cathedraliū q̄ꝫ collegiatarū capl'is ac
monaſterioꝝ cōuētib⁹ / necnō ordinū mēdicātiū generalib⁹ miſtris et
ꝓuincialib⁹ / ac q̄buſcūq̄ꝫ alijs cuiuſcūq̄ꝫ dignitatꝭ p̄eminētie grad⁹ or/
dinis vel cōditiōis fuerint ſub obteſtatiōe diuini iudicij / necnō excō/
catiōis ſuſpēſionis ꝛ interdicti ac priuatiōis oīm dignitatū honoꝝ et
officiorū eccl'iaſticoꝝ ꝛ tꝑaliū iuriūq̄ꝫ feudoꝝ ꝛ bn̄ficioꝝ eccl'iaſticorū
quorū penis quas ꝛ alias iurꝭ penas cardinales patriarche archiep̄i
ep̄i abbates generales miſtri ꝛ ꝓuinciales magiſtri ꝛ doctores / capl'a
cōuēt⁹ ceteriq̄ꝫ ſupranoīati ꝛ alij eccl'iaſtici q̄cūq̄ꝫ mādatꝭ hmōi iobedi
entes ſeu i aliq̄ cōtratenētes ip̄o facto icurrāt / ad ip̄as vo penas ꝯ re,
ges / p̄cipes / duces / marchiones / comites barones milites ꝛ alios
dn̄os tꝑales ꝛ ſeculares ꝑſonas quaſcūq̄ꝫ q̄ ſil'r iobediētes ꝛ rebelles
fuerint / ipſa ſancta Synodus vniuerſalis eccl'ie ſeu ipſe felix ſua apl'i
ca auctoritate ꝓcedere curabit iuſticia mediāte auctoritate dei oīpotētꝭ
ꝛ eiuſdē vniuerſal' eccl'ie diſtricte p̄cipit atq̄ꝫ mādat / q̄tenus eidē electo
vo ꝛ idubitato dicte romane eccl'ie paſtori reuerēter vt tenēt obediāt ꝛ
intēdāt. Et inſup oīa ꝛ ſingula idulta lr̄as ꝓceſſus ſn̄ias cēſuras ꝛ mā
data p̄tenſa ꝑ Gabrielē olim Eugeniū papā quartū Qui tāq̄ꝫ ſciſma
tic⁹ heretic⁹ ꝛ alijs diuerſis criminib⁹ q̄b⁹ eccl'iam dei icorrigibil'r ſcā/
dalizabat irretitus Et ab oī gradu honore ꝛ dignitate papali ꝑ p̄fatā
ſynodū iuſto iudicio depoſit⁹ ꝛ amot⁹ extitit ſeu ei⁹ aucte quōlibet cō
ceſſa ꝓmulgata ꝰ facto q̄ p̄miſſis obuiare poſſint ꝓut ſūt caſſa irrita

etinania. Nulliuſq; roboris vel mometi fore decernens pariter ⁊ alijs in decreto depoſitōis ⁊ ammonitōis dicti Gabrielis qđ incipit / Proſperit dñs de excelſo ſancto ſuo. Contentis vrpute fautorie ſciſmatis et heresis ⁊ alijs etiam iuris penis quas cōtrafacientib⁹ ⁊ rebelles ipo facto incurrant. Inhibet ne prefato Gabrieli ſic depoſito ⁊ amoto eiuſq; mandatis nūcijs ⁊ litteris / aut exinde ſecutis ꝓceſſib⁹ ſententijs ⁊ cenſuris pretenſis quōlibet obediāt pareant / ſeu ea exequant / aut exequi faciant ſeu ꝓcurent eidem Gabrieli ſeu nūcijs mandatis litteris ⁊ pretenſis ꝓceſſib⁹ ſententijs ⁊ cenſuris ſuis huiuſmodi vtentib⁹ vel ea exequentib⁹ aſſiſtentiā auxiliū cōſiliū vel fauorē pſtare pſumant decretis alijs eiuſdē ſynodi in ſuo robore nihilominus duraturis. Datū Baſilee in ſeſſione noſtra publica in maiori eccleſia Baſilien. ſoléniter celebrata. iiij. kl. Marcij. Anno a natiuitate dñi. M. cccc xl.

¶Seſſio quadrageſimaprima in qua cōdemnant quidā libelli ſcādaloſi ⁊c. per Gabrielē olim Eugeniū papā quartū.

Sacroſctā generalis Synodus Baſilien. in ſpūſctō legitime cōgregata vniuerſalem eccleſiā repreſentās / ad ꝑpetuā rei memoriā. Licet vt ſacroꝝ canonū aperte teſtat auctoritas cōdempnatis de hereſi / ⁊ ab eccleſia dei pſtitis nulla ſup catholicos iudicandi ſit attributa vel ꝑmiſſa ptās / ac fidelib⁹ chriſticolis queuis illoꝝ cōmunio ſub grauiſſimis iuris diuini pariter ⁊ humani penis ſit penitus interdicta / q; tū inualeſcēte hominū malicia ⁊ humani generis inimico omniū hereſuz ſatore ꝓcurāte plerūq; nōnulli taliter dānati ſic ſuos obdurant animos in ſua ꝑtinatia gloriātes / Et vniuerſalē eccleſiā ac ſibi deuotos ſub ꝓtenſis colore iudicialis ſententie libelli ſcādalis ⁊ cōtēptib⁹ ⁊ plenis in vniuerſis afficere ⁊ ꝑturbare nō verent. Non ſolū debitū ſed ⁊ neceſſariū reputamus vt cōtra dānabiles huiuſmodi auſus debita ordinem⁹ antidota dignaq; animaduerſiōe cōtra taliū fautores artius exurgam⁹ Nuper ſiquidē dum Gabriel olim Eugenius papa quartus nūcupatus multiplicia ⁊ enormia crimina vniuerſalē eccleſiā dei ſcandalizātia que adeo notoria erant qđ nulla tergiuerſatōe celari poterāt ꝑpetrauerat / ⁊ eccleſiā audire ac pceptis ſtatutis ⁊ ordinatōib⁹ ſynodalib⁹ obedire cōtemneret / hec ſctā ſynodus neceſſariū eſſe iudicās / vt cui pia nō ꝓderat correctio debita nō parceret abſciſio. Poſtq; in multa longanimitate patiētia ⁊ manſuetudine poſt plures ammonitiōes expectauerat eundē vt ſalutarē emēdationē ⁊ criminū pdictoꝝ correctionē efficeret / Tandē cum amplius differre nō poſſet quominus fidei catholice ⁊ ſalute vniuerſe xpiane religionis ſub auxilio ipius paracliti ꝓuident eadē ſctā ſynod⁹ in ſeſſione publica Baſilee. vij. kl. Julij. Anno a na/

tiuitate dñi. M.ccccxxxix. ſolēniter celebrata ꝑ ſuā ſniam inter alia dictū Gabrielē fuiſſe ⁊ eſſe notoriū ⁊ manifeſtū ſciſmaticū ⁊ hereticū/ ac diuerſis alijs criminibꝰ vniuerſalē eccleſiā ſcādalizātibꝰ irretitū. Cūq̄ꝫ ꝓpterea a papatu ⁊ romano pontificio ipſo iure ꝑuatū eſſe declarauit ⁊ ꝓnūciauit/ ac ipm̄ ab eiſdē amouit ⁊ depoſuit inhibēdo ſingulis fidelibꝰ ſub grauibꝰ penis tunc expſſis ne eidē Gabrieli ſic ꝑuato ⁊ depoſito tanq̄ꝫ ſūmo pontifici obedirēt parerēt ⁊ intēderēt/ vel eum quouiſmodo ſuſtinerēt aut receptarēt/ aut auxiliū cōſiliū vel fauorē ꝑſtarent/ ꝓut in ſnia ⁊ decretis noſtris deſuꝑ cōfectis plenius cōtinet. Cum aūt ſicut accepimꝰ nuper quedā famoſa/ ſcripta/ ſcādaloſa/ iniurioſa/ ſciſmatica/ a fide deuia/ ⁊ heretica/ quā ipe ſniam diffinitiuā appellat q̄ incipit/ Quā ſctōꝝ patrū ſnia ⁊c. Per quā dictus Gabriel inter alia ſanctiſſimo dño noſtro Felici q̄nto in romanū pōtificē electo vero vnico ⁊ indubitato xp̄i vicario ⁊ eiꝰ Felicis q̄nti electoribꝰ ꝑ hoc ſacrū cōciliū cū debita maturitate ⁊ ꝓuidentia circūſpecta. Ad hoc tunc ordinatis ac alijs q̄ in cōclaue ꝓ electōe romani pōtificis in hac ſctā ſynodo ingreſſi fuerūt/ ⁊ in ea interuenerūt/ eiſq̄ꝫ credētibꝰ ⁊ adherentibꝰ cōuicia plurima ⁊ turbatōes in ſuis ꝑſonis dignitatibꝰ beneficijs ⁊ rebꝰ temere ⁊ calūnioſe inferre molitus eſt. Decernēdo ⁊ declarādo eos fuiſſe ⁊ eſſe dignitatibꝰ ⁊ bn̄ficijs ⁊ officijs ſuis ꝑuatos ⁊ inabiles ad eadē/ Licet de facto nomīe ipius Gabrielis emanauerit ⁊ publicata fuerit in vniuerſalis eccleſie ⁊ dicti Felicis q̄nti ludibriū dedecus ⁊ cōtemptū. Nos attēdentes q̄ illoꝝ ſcripta recipi nō debent quoꝝ dānant auctores/ et ne ex dicta ſcriptura ꝑtenſa ꝑ quā idem Gabriel ſe ꝑtinacius obduratum ac magis ⁊ magis hereticū ⁊ omni crudelitate repletū. Cōprobat quēpiā fideliū in hac re ſeduci aut ꝑturbari cōtingat. Hec ſctā ſynodus volēs vt tenet ſuꝑ hoc ſalubriter ꝓuidere ꝑtenſam ſcripturā/ ac q̄cq̄d ex ea ſecutū eſt/ declarat fuiſſe ⁊ eſſe oīno irrita ⁊ inania/ nullūq̄ꝫ debuiſſe ac debere ſortiri effectū ſeu nocumētū vel notū afferre cuiq̄ꝫ vel quōlibet attuliſſe/ ipſaſq̄ꝫ quatenus ꝓceſſerūt de facto/ ⁊ que poſterū ſequi poſſent in irritū reuocat caſſat ⁊ annullat. Inhibet q̄ꝫ mandat atq̄ꝫ ꝑcipit vniuerſis xp̄ifidelibꝰ cuiuſcūq̄ꝫ ſtatus/ gradꝰ/ ordinis/ dignitatꝭ/ aut cōditōis fuerint/ Etiā ſi impiali/ regali/ ducali/ cardinalatꝰ/ patriarchali/ pontificali/ ſeu alia quauis eccleſiaſtica vel mūdana ꝑfulgeant/ Ac ciuitatibꝰ/ vniuerſitatibꝰ/ cōmunitatibꝰ/ villis/ opidis/ caſtris/ ⁊ collegijs/ quibuſcūq̄ꝫ ſub fautoris ſciſmatis ⁊ hereſis ac cōmunicatōis/ quo ad ſingulares. Interdicti vero quo ad ciuitates/ vniuerſitates/ cōmunitates/ villas/ opida/ caſtra/ ⁊ collegia ꝑdicta/ Necnō priuatōis omniū et ſingulorꝝ dignitatū/ beneficioꝝ/ officioꝝ/ priuilegioꝝ/ ⁊ honoꝝ eccleſiaſticoꝝ ⁊ mundanoꝝ/ ac inhabilitatōis ad eadē alijſq̄ꝫ indicto ⁊ ceteris noſtris decretis cōtentis penis quas cōtrafacientes ⁊ rebelles ipſo facto incurrere volumus/ ne ſcripturā ⁊ in ea cōtenta hmōi acceptare/ publicare/ ꝑdicare/ et defendere/ aut eiſdē quo-

uiſmodo cōſentire vel fauere/ nec eis obedire ſeu ea attēdere vel obſer/ uare aut eoꝝ quarūcunqꝫ p̄tenſaꝝ priuationū ⁊ ꝓceſſuū inde ſecutoꝝ etiā quaſcūqꝫ cenſuras cōmentiū ꝑ ipm̄ Gabrielē dānatū factoꝝ/ aut in poſterū forſan faciendoꝝ p̄textu dignitates beneficia ꝑſonas res ⁊ bona Felicis q̄nti electoꝝ ⁊ alioꝝ in eadē p̄tenſa ſcriptura quoquō cō/ prehēſoꝝ quouiſmodo impetrare/ occupare/ inuadere/ ꝑturbare/ vel detinere/ aut ip̄os impetrātes/ inuadētes/ ꝑturbātes/ capiētes/ vel de tinentes ad poſſeſſionē eorūdē ſeu alios recipere admittere ſeu eos in illis ſuſtinere/ abſqꝫ ipſis ac dicte ſcripture ac in eis contentis aliiſqꝫ p̄miſſis aſſentientib⁹ ⁊ illis vtentib⁹ ſeu ea publicātib⁹ et defendentib⁹ auxiliū/ cōſiliū/ vel fauorē preſtare quoquō audeant vel p̄ſumāt. Nec p̄miſſa quantū in eis eſt executiōi demandari p̄mittant. Datum Baſilee in ſeſſione noſtra publica in maiori eccleſia Baſilieñ. ſolēniter cele brata. x. kl'. Auguſti. Anno a natiuitate dñi. Mccccxl.

¶ Seſſio quadrageſimaſecūda de prouiſione Felicis pape quinti.

SAcroſancta generalis ſynodus Baſilieñ. in ſpūſancto legittime cōgregata vniuerſalē eccleſiā repſentans/ ad futurā rei memoriam. Inſcrutabilis diuine altitudinis ꝓuidentia ad extollendū ⁊ cōſeruandū dñici gregis agruz in inuocatōe ſpūſſancti adunati inter multiplices nobis incūbentes ſollicitudines illa nos cura ꝑpēſi⁹ angit ⁊ vrget/ vt que ꝓ xp̄iane religionis incremento ⁊ reipublice vtilitate ꝑ nos ſūmo ſtudio edita ſunt et decreta votiue dirigi ⁊ firmiter valeant adimpleri/ ⁊ vt Romanus pontifex decretoꝝ hmōi executor et cōſeruator p̄cipuus illa tanto amplius tantoqꝫ liberius exequi poſſit ⁊ manutenere/ ac alias felici regimini eccl'ie dei ardentius intendere quo cōgrue ꝓuiſionis auxilio iuxta ſui ſtatus exigētiam ab vniuerſali eccleſia ſuffultus incūbentia ſibi ⁊ ſuis onera expēſarū grauiſſima cōmodius ⁊ facilius cōſpexerit poſſe ſupportare. Cum itaqꝫ ſanctiſſimus dñs Felix papa quintus ad ſūmi apoſtolatus apicem aſſumptus/ nō mūdanarū rerū cupidine ductus/ cum patrimoniū beati Petri ⁊ terras romane eccleſie proch dolor ꝑ alios thyrānides cerneret occupatas allect⁹. Sed diuine volūtati reſiſtere nō volēs ⁊ eccleſie dei in tam graui fluctuatōe cōſtitute pie cōpatiens/ iugū tanti oneris ꝓ dei reuerētia fidei cōſeruatōe et vniuerſalis eccl'ie cōſolatiōe ſuis humeris ſuſcipiens ꝓpriis derelictis decreta hmōi cum omni humilitate ſuſceperit. eaqꝫ ⁊ fidem catholicā obſeruare ⁊ manutenere pure ⁊ ſimpliciter iuxta mentē ⁊ tenorē eorūdē ꝓfeſſus fuerit ad proſecutionē totius boni reipublice ⁊ religionis xp̄iane. Nec nō defenſionē au/

ctoritatis generaliũ cõciliõꝝ ⁊ decretoꝝ ꝑdictoꝝ affectib⁹ ſinceris an/
helãs grauiaq; ⁊ importabilia expẽſarũ onera in diuerſis ac magnis
eccleſie dei ingruentib⁹ negotijs. Preſertim pro executõe illoꝝ ſancto/
rum operum/ ꝓpter que eadem ſancta ſynodus cõgregata eſt cum de
patrimonio beati Petri aut aliũde nullã adhuc ſubuentionẽ habuerit
hactenus ſubierit ⁊ ꝑtulerit ac grauiora neceſſario dietim ſubiret per/
ferre habeat per que vt cõfidimus ⁊ ſperamus idem Felix papa patri/
moniũ huiuſmodi ⁊ terras eccleſie recuperare/ pacẽq; eccleſie dare po/
terit dño cõcedente. Attendens itaq; hec ſancta ſynodus ꝙ̃ ſpiritua/
lia ſine temporalib⁹ diu ſubſiſtere nequeũt. Premiſſis ⁊ alijs diuerſis
rationabilib⁹ et euidentib⁹ cauſis ꝑmota volens etiã ꝙ in decreto ſue
ſeſſionis. xij. tertio idus Julij Anno a natiuitate dñi Milleſimoqua/
dringẽteſimotriceſimotertio celebrate ꝙ̃ incipit/ Sicut in cõſtruẽda
domo ordinatũ eſt laudabiliter adiplere hoc irrefragabili decreto vſq;
ad quinquẽniũ a die date preſentiũ cõputandũ quintũ. Et deinde ad
aliud qinquẽniũ extunc ꝓxime ſubſecuturũ decimũ denariũ veri valo/
ris Anni ſm cõmunẽ extimationẽ quorũcũq; fructuũ reddituũ ⁊ pro/
uentuũ primi anni omniũ et ſinguloꝝ canonicatuũ et prebendarũ di/
gnitatum perſonatuũ adminiſtrationũ preſtimonioꝝ preſtimonialiũ
portionũ/ et alioꝝ beneficioꝝ eccleſiaſticoꝝ cum cura ⁊ ſine cura ſecu/
larium et regulariũ cuiuſcũq; cõditionis/ ordinis/ aut religionis fue/
rint ⁊ quocũq; nomine cenſeant. Etiam ſi dignitates ipſe patriarcha/
les/ archiepiſcopales/ epiſcopales/ abbatiales/ prioratus/ cõuentua/
les/ ac in metropolitanis ſeu alijs cathedralib⁹ maiores poſt põtifica/
les aut in collegiatis eccleſijs principales ⁊ electiue fuerint a dicta die
in antea ſiue per obitũ aut liberã ſeu ex cauſa permutatõis reſignatio/
nes vel alias quouiſmodo ⁊ qualitercũq; preterq; per priuationẽ cau/
ſa reformatiõis aut reſignationẽ ſimplicẽ in foro cõſciẽtie ſeu ꝑ optio/
nem prebendaꝝ in eccleſijs vbi illarũ optiões fieri cõſueuerũt vbicũq;
in Romana curia vel extra vacantiũ oneribus neceſſarijs illis ꝓ tempõ/
re incũbentib⁹ deductis ⁊ quottidianis diſtributionib⁹/ necnõ zenedo
chijs pauperum hoſpitalibus in quibus hoſpitalitas actu tenetur le
proſarijs quoq; ⁊ alijs in titulum beneficij concedi non ſolitis dumta/
xat/ exceptis a quibuſuis capitulis/ collegijs/ cõuentibus/ et perſonis
eccleſiaſticis ⁊ ſecularibus/ exemptis et non exemptis/ cuiuſcũq; digni
tatis/ ſtatus/ gradus/ ordinis ſeu conditionis exiſtant/ illa pro tem/
pore poſſidentibus aut fructus redditus ⁊ ꝓuentus huiuſmodi ex ſta
tutis ⁊ conſuetudinib⁹ cõmendis/ ſeu alias quouiſmodo percipienti/
bus pro vna infra ſex et alia ꝓ medietatib⁹ infra alios ſex mẽſes eiuſ/
dem primi anni ſanctiſſimo domino Felici pape quinto/ ſuiſq; colle/
ctoribus ⁊ ſub collectoribus per eum deputatis vel deputãdis realiter
et cum effectu perſoluendũ ⁊ per eos exigendũ/ leuandũ/ colligendũ/ ⁊
recipiendũ eidem dño Felici pape pro ſua ac cardinalium et officialiũ

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

p̄dictorū prouiſione auctoritate vniuerſalis eccleſie tenore p̄ſentiū reſeruet cōſtituit deputat ⁊ aſſignat ſtatuens et decernens capitula conuentus collegia et perſonas ipſas ad ſolutionē quinti et decimi denarij hmōi dicto domino felici pape eiuſqꝫ electoribus et ſubcollectoribꝫ modo premiſſo faciendā fore efficaciter obligatos Quodqꝫ ſi infra vnuꝫ mēſem a die quo collectores ⁊ ſubcollectores hmōi in eccleſia cathedrali ſe quintū vel decimū denariū hmōi ab illius debitoribꝰ recipere paratos obtulerint ⁊ publicauerint quēlibet terminorū p̄dictorū ſequentiū in ſolutiōe hmōi defecerint negligētes ſeu remiſſi fuerint ſeculares perſone excōmunicationis Capitula vero cōuentus et collegia huiuſmodi ſuſpenſionis a diuinis ſentētias eoipſo incurrant/ A qua quidē excōmunicatione ſententia ab alio aut a nobis/ aut dicto domino felice papa ſeu cui ille adduxerit cōmittendum p̄terqꝫ in mortis articulo conſtituti niſi prius de tunc debito vt p̄mittitᷣ denario eidem domino felici pape quinto/ eiuſue collectoribus ⁊ ſubcollectoribus ſatiſfecerint Aut deſup cū eis cōcordauerint abſolutiōis beneficiū nequeāt obtinere/ ⁊ ſi capitula cōuentus collegia et perſone p̄dicte excōmunicationis et ſuſpenſionis ſentētias hmōi per tres menſes dictum menſem immediate ſequētes animo qđ abſit ſuſtinuerint indurato extunc eorū eccl'ie monaſteria/ ⁊ loca eccleſiaſtica ſint ſuppoſita interdicto tā diu ⁊ quouſqꝫ a ſententijs vt p̄fertᷣ abſolui ⁊ interdictū hmōi meruerint relaxari/ non obſtantibꝫ quibuſcūqꝫ cōſtitutionibꝰ ⁊ ordinatiōibꝰ apl'icis ac ſtatutis vſibus et cōſuetudinibus eccleſiarū monaſteriorū prioratuū locorū et ordinū quorūcūqꝫ iuramēto cōfirmatione apoſtolica vel quacūqꝫ alia firmitate vallatis litteris quoqꝫ gratijs priuilegijs libertatibus exemptionibus indultis et cōceſſionibꝰ capitulis cōuentibus et collegijs predictis/ eorūqꝫ eccleſijs monaſterijs prioratibus dignitatibus locis ⁊ perſonis in genere vel ſpecie ſub quacūqꝫ verborꝫ forma vniuerſalis eccleſia apoſtolica vel alia quauis auctoritate factis et cōceſſis/ etiam ſi de eis et eorū totis tenoribus in p̄ſentibus ſpecialis et expreſſa mentio fienda foret ⁊ quo ad hec eis nullatenꝰ ſuffragari volumus ceteriſqꝫ contrarijs quibuſcūqꝫ aut ſi capitulis cōuentibus collegijs et perſonis p̄dictis cōmuniter vel diuiſim quōlibet indultum exiſtat/ aut interim indulgeri contingat/ Quođ ad ſolutionem ſeu preſtationem denarij huiuſmodi aut cuiuſcunqꝫ alterius oneris vel ſubſidij non teneantᷣ/ ⁊ ad id compelli aut ad id quod intēdit ſuſpendi vel excōmunicari ſeu ipſi vel eorum loca interdici nō poſſint per litteras non faciētes plenam et expreſſam/ ac de verbo ad verbꝫ/ de indulto huiuſmodi eorūqꝫ eccleſijs monaſterijs dignitatibꝰ beneficijs locis perſonis et ordinibus ꝓprijs mētionē/ vult tamē ⁊ aſſentit hec ſācta Synodus ꝙ ſi aliqua natio regnū vel prouincia modū ꝓuiſionis huiuſmodi ſibi nō conuenire cenſerit aut allegauerit oneroſam/ Prefatꝰ dominꝰ felix papa auditis illius rationibus et conſiderandis debite

ponderatis cum eadem natiōe/aut eius ꝑſonis ꝓut rationabiliter ex/
pedire videbit̄ conuenire/ ⁊ cum eis cōcordare poſſit/ ⁊ quicquid cum
eo in hoc ſit conuentū aut cōcordatū fuerit id ipa ſancta ſynodus gra/
tum ⁊ ratum perinde haberi decernit ⁊ declarat/ ac ſi de hoc in preſen/
ti decreto plena et expreſſa mentio haberet̄. Quodq; denarius predi/
ctus vacatione predicta quotienſcūq; infra primū annū huiuſmodi in
quacūq; natione occurrente ⁊ eo durante vltra ſemel nullatenus exiga
tur/ nec quiſq; ad illum ſoluendū amplius teneat̄. Inſuper vult et de/
cernit hec ſancta ſynodus ꝙ ſi qua capitula collegia ⁊ cōuentus/ ac ec/
cleſiaſtice ſeculareſue ꝑſone cuiuſcūq; dignitatis/ ſtatus/ ordinis/ ſeu
cōditionis exiſtant fructus redditus ⁊ ꝓuentus primi anni huiuſmo/
di/ aut aliquā illoꝝ quottam ſiue partem ex ſtatutis cōſuetudinib; ſeu
priuilegijs/ aut alias quouiſmodo leuare ⁊ percipere cōſueuerūt. Per
hoc p̄fato dn̄o Felici pape in exactione huiuſmodi denarij nullatenus
preiudicet̄ diſtrictius inhibentes/ capitulis/ collegijs/ cōuentib;/ ⁊ ꝑ
ſonis ipſis ſub ſententijs et penis ſupradictis ne illos vel illā in preiu/
dicium dicti denarij ꝓ eo anno quoquō petere vel exigere audeant ſeu
preſumāt. Per hoc tn̄ hec ſancta ſynodus/ capitulis/ collegijs/ cōuen
tibus ⁊ ꝑſonis predictis quominus annis dictū primū vacationis an
num ſequentem illos et illā ꝓ ea parte que ob impoſitionē denarij hu/
iuſmodi eis deferat petere ⁊ exigere valeant/ nō vult ⁊ intendit preiu/
diciū generari. Preterea cum nōnulli Germanice apud nos cōſtitu/
ti natione ipam ꝓ ceteris plus fore grauatā coraz nobis allegauerint
ſi in ea denarius huiuſmodi ab alia moderatone exigi deberet ⁊ leua/
ri/ Hec ſancta ſynodus his et alijs rationabilib; cauſis mota benefi/
cia quecūq; ⁊ qualitercūq; infra dictā nationē cōſiſtētia valorē quinq;
marcharū argenti ſm̄ cōmunē extimationē eoꝝ neceſſarijs onerib; de
ductis/ nō excedentia hoc decreto nullatenus includi/ nec de illoꝝ fru/
ctib; redditib; et ꝓuentib; denariū huiuſmodi ſolui leuariq; ſeu exigi
debere decernit ⁊ declarat/ volens atq; ſtatuens ꝙ ſi de vero valore in
premiſſis quādoq; heſitari cōtigerit aut cōtendi. Collectores ⁊ ſubcol
lectores huiuſmodi vnā ⁊ is cui ſolutio denarij huiuſmodi ꝓ tempore
incūbit aliq; ꝑſonas pro diſcuſſione dubij et contentionis huiuſmodi
eligere/ ⁊ ſi illas diſcordare cōtingeret/ loci ordinarius aut eiuſdez in
ſpiritualib; vicarius ſeu officialis generalis. Si vero occaſione metro
politane vel cathedralis eccleſie dubiū aut cōtētio exorta fuerit caſus
diſcordie huiuſmodi capitulū cum altera perſonarū ſic electarū dubiū
huiuſmodi habeant terminare. Quorūquidē perſonarū ac in caſu di/
ſcordie huiuſmodi ordinarij ſeu eius vicarij ⁊ capituli predictoꝝ ſentē
tie ⁊ terminatōi partes hinc inde ſtare ⁊ parere ſine omni cōtradictio/
ne debeāt ⁊ teneant̄. Ceterū hec ſancta ſynodus collectorib; ⁊ ſubcolle
ctorib; denarij p̄tacti ꝓ tempore deputatis ſub obteſtatōe diuini iudicij
⁊ excōmunicatōis pena quā cōtrafaciētes incurrere vult ipo facto di/

ſtrictiꝰ inhibet/ ne quicq̃ꝫ vltra denariũ huiuſmodi a pſonis ꝓ tempore ſoluentibꝫ ꝛ debentibꝫ ꝑtextu cedule quitantie ſeu liberatõis per ipm de eo qđ ſibi ſolutũ fuerit facte petere ꝛ exigere audeant ſeu preſumãt Sed qđ de cõpetenti ſalario eis per camerã dicti dñi felicis pape aſſignando cõtenti remanere debeant/ decernit/ vult/ ꝛ ordinat/ quodqꝫ collectores ꝛ ſubcollectores ipſi ſic in exigẽdo denariũ huiuſmodi modum obſeruent ꝙ perſone de indebito grauamine nõ imerito querulari cogant̃. Ac ꝓpterea calices libri iocalia ꝛ alia ornamenta eccleſiaſtica nullatenus impignorent̃ diſtrahant̃ vel alienent̃: vult tñ et decernit eadem ſancta ſynodus ne pſonas ſententijs ꝑdictis ꝓ tẽpore illaqueatas vltra modũ in abſolutõe obtinenda ad curiã veniẽdo grauari contingat/ ꝙ ꝑfatus dñs felix papa quintus Collectoribꝫ ꝛ ſubcollectoribus ipſis ꝛ alijs ꝓut opus ꝛ expediens videbit̃ pſonas ſic ligatas a cẽſuris huiuſmodi abſoluendi ꝛ interdicta relaxandi ꝛ tollendi plenam et liberã cõcedit facultatẽ. Teneant̃qꝫ ipſi collectores ꝛ ſubcollectores ſolutõe dicti denarij facta/ Capitula cõuentus ꝛ collegia ac perſonas predictas a ſententijs ꝛ cenſuris predictis gratis/ ꝛ ſine aliqua difficultate abſoluere/ interdictũqꝫ forſan poſitũ ſimiliter tollere ꝛ relaxare. Pro cuiuſquidẽ abſolutõis ſublatõis ꝛ relaxatõis/ Litteris etiam ſigillatis ſi ꝑdicti eas habere voluerint/ etiã ſi per notariũ fuerint ſubſcripte ad ſoluendũ vltra ſextã partẽ vnius floreni de camera nullatenus cõſtringi valeant vel cõpelli. Eos aũt qui cõtrafecerint excõmunicationis ſententiã incurrere voluit ipſo facto. Qđqꝫ poſt decẽniũ a dicta die cõputandũ aſſignatio ꝓuiſionis huiuſmodi ceſſet penitus ꝛ exſpiret. Capitulaqꝫ/ cõuentus/ collegia/ ꝛ pſone ꝑdicte abſolutionẽ denarij huiuſmodi ratiõe dignitatũ/ ꝛ aliorꝫ beneficiorꝫ ꝑdictorꝫ extunc in antea vacaturorꝫ decetero nullatenus teneant̃. Decernẽs omnes ꝛ ſingulos ꝓceſſus penas ſententias ꝛ cenſuras quos ꝛ quas cõtra capitula cõuentus collegia/ ꝛ pſonas huiuſmodi ob nõ ſolutionẽ ratione beneficiorꝫ poſt decẽniũ vacaturorꝫ huiuſmodi per quẽcũqꝫ. Etiã ſi papali dignitate ꝑfulgeat quauis auctoritate fieri ferri ꝛ ꝓmulgari contigerit irritos ꝛ irritas ac irritũ ꝛ inane q̃cq̃d i cõtrariũ ſciẽter vł ignorãter fuerit attemptatũ. Datũ Baſilee in ſeſſione noſtra publica in eccleſia maiori Baſilieñ. ſolẽniter celebrata/ pridie Nonas Auguſti. Anno a natiuitate dñi Milleſimoquadringẽteſimoquadrageſimo.

¶ Seſſio. xliij. de viſitatiõe btẽ marie virg.

Sacroſctã generalis ſynodus Baſilieñ. in ſpũſctõ legittime cõgregata/ vniuerſalem eccleſiã repñtans/ Ad ꝑpetuã rei memoriã. Inter aſſiduas militãtis eccłie turbatões ꝛ ꝓcellas/ q̃bꝰ ꝑpa dietim affligit̃ illa ſingularis iucũditas ꝛ egregia exultatio cõmunitati fideliũ relicta eſt/ vt dñm crea-

torem noſtrũ intimis p̃cordijs diligẽtes eundẽ in ſanctis ſuis deuote
glorificẽt. Per hec eni vt ipe dñs q̃ gratiã illis p̃ſtitit digne collaudaꝛ
ꝛ ipoꝝ ſctoꝝ ꝓmtiora erga nos reddimus patrocinia. Mõquidẽ ſin-
gulariter eſt agendũ cũ calamitates irruũt que abſqꝫ demeritis hoim
nõ cõtingũt/ vt ꝑ ipoꝝ ſctoꝝ preces ꝛ merita miſericordia dñi ſuꝑ pec-
catis hominũ imploreꝛ ꝛ humanũ genus ab iminẽtibꝫ malis ꝛ innu-
meris periculis p̃ſeruetꝛ/ iter aũt oẽs qui celeſtẽ regẽ ꝓ nobis interpel-
lent p̃cipue ad glorioſiſſimã illã ꝛ omni laude digniſſimã dei genitricẽ
mariã eſt recurrendũ que quãto altior exiſtit tãto humilius ad nos re
ſpicit/ omnes ad ſe trahere cupiẽs ꝓ quibꝫ in vtero geſtauit ſaluatorẽ
Hec apud deũ quẽ ipſa peperit ſedula ꝓ nobis aduocata nos iuuat/
nos tuetꝛ/ nos ꝓtegit/ nos exaltat. Hec om̃ibꝫ q̃ ad eam recurrũt ꝓm-
ptiſſimũ exhibet patrociniũ. Hinc igiꝛ ſanctiſſime virgini et ſi plures
feſtiuitates venerãda ſctoꝝ patrũ antiq̃tas cõſecrauerit. Irruentibꝫ tñ
dietim maioribꝫ mũdi calamitatibꝫ ꝛ anguſtijs que ad expetẽda eiuſ-
dem virginis auxilia vehemẽtius vrgent iucũditatẽ illã ſibi celitus da
tam nõ imerito cõuenit celebrari. Dum virgo eadem beatiſſima cele-
ſti edocta nũcio ꝛ ſpũſctõ duce aſcendens cum feſtinatiõe in montana
humilẽ zacharie domũ intrauit. Jeſus eĩ qui in vtero illius erat feſti
nabat adhuc in ventre matris Johãnẽ poſitũ ſanctificaret/ Et ipa vir
go glorioſiſſima cognatã Elizabeth viſitans nõminus illã ſuaꝫ quam
fructuoſo ſalutauit alloquio/ Maximã nanqꝫ leticiaꝫ fideliũ mentibꝫ
debet ingerere excellens illud myſterium quo matres ille glorioſe toti-
us ſalutis noſtre ferentes p̃mordia tam familiariter inter ſe exultarũt.
Cum virgo excellentiſſima de ſtirpe dauid maria/ ꝛ veneranda inter fi
lias Aaron Elizabeth inuicem colloquunꝛ/ quarum altera creatorem
omniũ ꝛ ſaluatorẽ noſtrũ/ altera precurſorẽ Johãnem geſtat in vtero.
Et ſancte ille miraculo matres effecte diuina inter ſe bñficia cõmemo-
rant. Felix quidem illa cõuentio ꝛ magnis diuine gratie ſplendoribus
illuſtrata qua tales ꝛ tante in vnum matres pariter affuerũt/ quarum
altera virgo ꝛ ſpũſancto. Altera ſterilis ꝛ in ſenectute cõceperat/ ꝛ vtri
uſqꝫ partũ celeſtis angelus prenũciauit qua Johãnes adhuc maternis
recluſus clauſtris venientẽ ad ſe dñm in marie vtero veneraꝛ. Qua re
pleta ſpirituſancto Elizabeth ꝯceptui filij dei ꝛ ſaluatoris hominũ gra
tulaꝛ quã ipſa ꝓphetans Beatiſſimã dixit mariã que credidit ꝛ reuela
ta myſteria pandit Qua deniqꝫ repleta ineffabili gaudio mater dñi
maria omnia in corde ſuo cõferens/ vel que prius ab angelo/ vel tunc
ab Elizabeth ꝑceperat in canticũ ꝛ laudem dñi ꝓrumpit. Nunc ad mi
rabilem dei potentiam qui reſpexit humilitatem ancille ſue collaudat
Nunc magnitudinẽ operũ eius glorificat/ Nunc refert miſericordiaꝫ
que a ꝓgenie in ꝓgnies ſuper ſe timẽtes diffundiꝛ/ Nunc iuſticiã qua
ſuperbi domanꝛ et humiles exaltanꝛ magnificat/ Nunc ꝓmiſſionem
abrae ꝛ ſemini eius factam et iam tunc completam cõmemorat. Ac ꝙ

ſe beatā omnes generatiōes vſqꝫ ad cōſūmationē ſeculi dicerēt diuina inſpiratōe ꝓphetauit. Eandēqꝫ ꝓphetiā ſic manifeſte videmus iugiter adimpleri vt ſupuenientes generatiōes ipam virginē beatā ⁊ beatiſſimam magis ac magis dicere conent. Quis igit tantā leticiā ſatis potuerit explicare/ Quis tāta myſteria ꝯdignis laudib ꝓſequat/ Quis hec gaudia ſufficienter exponat dum Johānes nōdum natus exultat. Elizabeth aduētu ꝟginis colletat. Maria myſterijs gaudet. clauſus in vtero ſaluator a ſuo recognoſcit ꝑcurſore/ letant angeli. Celū ⁊ terra iucūdant/ Et tota trinitas nouis laudib glorificat. Hec igit gaudiorum magnitudo ſpecialib eſt extollēda preconijs/ Hec ſingularib ſolēnitatib celebranda/ in qua ⁊ dn̄m qui geſtat in vtero ⁊ virginem que portat/ ⁊ ſterilem que cōcepit/ ⁊ precurſorē qui viſitat cōdecentib ꝓſequi debemus honorib/ In cuius cōmemoratōe q̄ tribulati ſunt Mariaſh implorāt/ que gaudioꝝ huiuſmodi memor vt ſperādū eſt nō ſupplicantes exaudiet. Sed ſicuti ex ſua clementia cōſueuit etiam ſupplicare volentes preces ſubueniet. Que conſiderans hec ſancta ſynodus cum in hoc tempore tota proch dolor chriſtianitas in laborib ⁊ anguguſtijs conſtituta cernat. Cumqꝫ fere vbiqꝫ diuiſiones ⁊ bella per humani generis hoſtem introducta vigeant/ ⁊ ipſa etiā eccleſia militans non mediocrib agitet ꝓcellis. Dignum eſſe iudicauit ſolēnitatē hanc q̄ cōgrue viſitatio beatiſſime virginis appellat in ſingulis chriſtianorum eccleſijs celebrari/ aut honorata in hac celebritate per pias ⁊ deuotas fideliū mentes mater gratie ⁊ om̄is cōſolationis ſacerrima virgo maria benedictū filium ſuum tam multis hominū peccatis offenſum ſua interceſſione cōcilians pacem ⁊ vnitatem fidelib largiat. Ideoqꝫ ſtatuit ⁊ decernit eadem ſancta ſynodus ad honorē ipius virginis dei genitricis/ Et poſt expleta reſurrectiōis dn̄ice/ penthecoſtes/ glorioſe trinitatis/ ſacri corporis chriſti/ beatoꝝ Johānis baptiſte/ et apoſtolorum Petri ⁊ Pauli ſolēnia. In quib eccleſia poſt ſolēnitatē annunciationis dn̄ice quā prefata viſitatio temporis ordinis cōfeſtim ſequebat eſt occupata ꝑ ſingulas chriſtianoꝝ eccleſias quolibet Anno ſexto Nonas Julij feſtum huiuſmodi viſitatiōis glorioſe virginis celebret. Hoc igit ſolēne feſtum amplectent chriſtifideles ⁊ omnes qui beataꝫ virginē ſingulari deuotiōe ꝓſequunt ſecum in hac ſolēnitate ſue exultationis cōgaudeant. Quā vt eo libentius in diuinis honorent officijs que magis ſpiritualib fuerint excitati munerib. Ipā ſancta ſynodus omnib chriſtifidelib qui matutinis ꝓceſſioni ſermoni miſſarū ſolennijs/ vel primis vel ſecūdis veſperis huius glorioſe virginis feſtiuitatis interfuerint ꝓ vnoquoqꝫ officioꝝ predictoꝝ centū dies de iniūctis penitentijs miſericorditer elargit. Datum in ſeſſione publica in eccleſia maiori Baſilien. ſolēniter celebrata Kalen. Julij. Anno a natiuitate dn̄i Milleſimoquadringenteſimoquadrageſimoprimo.

¶Seſſio quadrageſimaquarta de tuitione ſuppoſitorum

**Sacroſctã generalis Syno**
dus Baſilieñ. ꝛc. Ad ꝑpetuã rei memoriã catholice ec
cleſie ſanctis operibꝰ cõtinue intenti ſi cunctis fidelibꝰ
in miniſtranda iuſticia ſic nos decet eſſe fauorabiles
